10

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
18 1
27 11

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

5.20.
71 71
6 6
20 54

2. 3 - 8. ?

Google


Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Libri Auctoris donum e Germania
mihi Jo: Benedicto Sinibaldo
missum

Digitized by Google



BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Google


Animalia.
Diæta.
Ra
tio
Vegetabilia.
Pharmacia.
Mineralia.
Chirurgia.
Experi
entia


Ars ne mo riatur.
Hippocrates
Galenus.
HIPPOCRATIS COI
Aphoriſmi,
Græco et Latino
ſermone expreſsi,
Breviter et nervoſé
Secundum Ratio-
nis et Experientiæ
ductum enodati
à
TOBIA KNOBLOCHIO
Phil. et Medicin. D.
Archiatro Brande-
burgico.
Noribergæ
Typis et ſumptibus Wolf
gangi Endteri. 1641
Pax alit Artes.

HIPPOCRATIS COI APHORISMI,

GRÆCO ET LATINO SERMONE EXPRESSI,

Breviter & Nervosè

Secundum Rationis & Experientiæ ductum enodati & eo

DIGESTI ORDINE, UT NON SOLUM QUILIBET MORBUS SUOS ADIUNCTOS HAbeat Aphoriſmos; verùm etiam, præter ſuccinctas annotationes, adpoſitis ubq; ſplendeat Regulis practicis, & allegatis probatiſſimorum Authorum; tam Priſcorum, quàm Neotericorum; quorum in Republicâ Medicâ ſumma ubique eſt autoritas, veritas & cum conſenſu Experientia:

In uſum primùm privatum

CONSCRIPTI

Operâ, Induſtriâ, & Iudicio Magni

olim illius

TOBIÆ KNOBLOCHII,

PHILOSOPHIÆ ET MEDICINARUM D. Archiatri Brandeburgici & Phyſici, dum erat, Onoldini:

Publicò bonò dati

nunc

ab

Hæredibus, tanquam

VERUM ET SINCERUM OMNIS MEDICINÆ PROMTUARIUM,

Noribergæ, Literis & Impenſis

WOLFGANGI ENDTERI, CIↃ IↃC XLI.

VIRIS

Generis, Prudentiæ & Autoritatis Laude ac gloriâ Eminentiſſimis

DN. DN. CONSULI,

CONSULARIBUS, ET SENATORIBUS INCLYTÆ REIPUBL.

Imperialis Rotenburgo - Tuberanæ, Patriæ Patribus, optimè meritis;

Præſens opus poſthumum, Humilis obſervant. ergò dedicant

Hæredes.

Ars quod, quod genius KNOBLOCHI condidit arcâ,
Cura eſt hæredum promere poſthumum opus:
Veſter Alumnus erat, corda inclyta, carpite fructus,
Si quis honos ſcripto eſt, veſter Alumnus erat:
Heredum memores, memores eſtote & Alumni.
Tarda rei grata, ſed mora grata venit.

DEDI.

Digitized by Google

DEDICATIO AUTHORIS.

Quotiescunq; Nobiliſſimi, Ampliſſimi, Prudentiſſimi Viri in mentem mihi venit, Venit autem quam ſæpiſſimè Veſtræ in me benevolentiæ & magnitudinis beneficiorum, quibus non ſolùm Majores Veſtri me in juventute abundè affecerunt, ubi ante multos annos me pauperem ſcholaſticum per integrum annum & ultrà in veſtrâ civitate panem oſtiatim mendicando colligere conceſſerunt, tandemque in numerum alumnorum, tanquam extraneum, ultra quatuor annos recipere victuque benigniſſimè ſuſtentare non dedignati, & ſic promotores meorum ſtudiorum maximi fuerunt; Verùm etiam Vos N. A. P. Viri ante annum,

durantibus turbis & fluctibus bellicis, me quoque, cum fugâ mihi, unà cum uxore & liberis cæteriſque ſangvine junctis conſulere neceſſum habuerim, humaniſſimè excepiſtis omnisque generis beneficia cum humanitate conjuncta exhibuiſtis, quæ certè ſatis prædicare non poſſum; toties de gratitudine & recompenſatione inſtigavit animus meus. Veſtri ſtudioſiſſimus. Ac etiamſi nihil prius, nihil antiquius habuerim, quàm erga Veſtr. Nobilit. Amplit. meum gratum animum declarare, occaſio tamen idonea hactenus me deſtituit.

Proinde ne beneficia enumerata ingratitudinis notam mihi inurerent, hunc libellum Aphoriſticum, tanquam ſpecimen gratitudinis, vobis humaniter offerre volui, majorem in modum rogans, ut interea exiguo hoc munuſculo chartaceo pro magnis beneficijs,

donec

donec tempus majora dederit, velitis eſſe contenti, & ſicuti hactenus; ita etiam in poſterum me meosque priſtino favore, amore & benevolentiâ veſtrâ complecti pergatis. Deum Ter Opt. Max. precor, ut vos totamque veſtram Rempub. in hac turbulentiſſimâ mundi tempeſtate clementer tueri, regere, & incolumes conſervare velit Dat. Onoltzbachi, &c.

Tobi. Knobloch. D.

AD LECTOREM.

Libellus aphoriſticus Hippocratis, Benevole Lector, quamvis ſuccinctam & compendioſam exhibeat Methodum, ita tamen comparatus eſt, ut in hoc multa, imò omnia, quæ Candidato Medicinæ ſcitu neceſſaria ſunt reponantur, ob quam cauſam ſemper in magno precio & frequenti uſu ſcholis Medicorum fuit.

Nam ſectione primâ exponit, quodnam ſit boni Medici officium, præſertim quo pacto Morbos, poſtquam eorum cauſas per ſigna intellexit, curare debeat, imprimis verò quomodo humores peccantes, tanquam cauſſæ morborum, medicamentis appropriatis educendi, & quæ deinceps in morbis acutis inſtituenda.

Deinde in ſecundâ ſectione explicat, quæ & quot morborum cauſſæ, quique in morbis eventus futuri, inculcat etiam obiter, quâ ratione, & quo tempore, medicamenta uſurpanda, & quæ diæta convaleſcentibus præſcribenda, id eſt, permulta docet, quæ ad Ætiologiam, Semioticen, Phyſiologiam, morborum curationem & Diætam pertinent.

Poſtmodum in ſecundâ ſectione ſex res non natura-

turales, à quibus corpus noſtrum inſigniter affici & mutari contingit, explicavit & abſolvit, tertiam ſectionem perſequitur, & vitia aëris, regionum, temporum anni, ætatum explicanda ſuſcipit. Quæ omnia non ſolum ad cauſſas & origines morborum inveſtigandas morboſque antevertendos & curandos, ſed etiam ad illorum exitus præſagiendos non parum momenti afferunt, ſicut Hipp. *lib. de aëre, aq. & locis. Item lib. de humoribus. lib. 1. Epid. docet.*

In quartâ ſectione docet, ſpecialem methodum humores tanquam cauſſas morborum evacuandi, agit enim de univerſis exercitationibus, quas tum natura, tum Medicus per varias vias, præſertim in febribus molitur. Exercet ſimul ſtudioſum Medicinæ in arte prognoſticâ, quâ Medicus peritus ab imperito differt; Inculcat præterea doctrinam de ſignis monſtrantibus evacuationes ſalutares & minus ſalutares, & quos humores evacuare & quos ante prodeuntes ſiſtere, vel promovere debeat, & quis morborum eventus ſecuturus ſit. In ſummâ, hæc ſectio partim φαρμακευτικὴ *partim* σημειωτικὴ *eſt.*

In quintâ ſectione narrationem inſtituit de ſymptomatibus, quæ ad immodicas evacuationes & repletiones ſequi ſolent, agit etiam de morbis thoracis & pulmonis, deinde exponit commoda & in-

commoda calidi & frigidi, quæ corpora noſtra inſigniter immutare valent, agit etiam de morbis mulierum, imprimis gravidarum, de lactis commodo & noxâ, in fine nonnulla morborum prognoſtica annectit.

In ſextâ ſectione agit de omni genere ſymptomatum, per quæ, utpote ſigna, Medicus cognitionem morbi alicujus aſſequi poteſt quicquid de eo ſperandum, num ſit curabilis nec ne?

In ſeptimâ ſectione agit de præſagiis mortis & ſalutis, id eſt, recenſet ſymptomata, quæ Medicum non ſolùm ad morbi cognitionem deducunt, verùm etiam docet, qualis in morbis, eventus imprimis acutis, ſit futurus.

In ſummâ libellus aphoriſticus Hippocratis *comprehendit breves & præcipuas ſententias ex omni congerie ſuorum librorum ſelectas, quæ rectè explicatæ copioſam doctrinam & integram medendi Methodum ante oculos proponunt.*

Ideoque omnes ſtudioſi, qui ſe ſtudio huic manciparunt, Hippocratem *ut &* Galenum *imprimis lib. de conſtitutione artis. lib. de morbis & ſympt. nec non lib. de* M. M. *aliosque, præmiſſis præmittendis, ſibi quàm commendatiſſ. habeant.* Hoc *ubi fecerint, morborum curandorum rationem optimè diſcent ſecundum illud vulgatum:*

Perceptis præceptis neceſſum eſt, ut peregrinentur

tur ſtudioſi & varios diſcant curare morbos, Omnino ergò neceſſarium eſt ſtudioſo Medicinæ, priusquam morborum curationem incipiat, ut præceptorum exactam cognitionem habeat, abſque enim cognitione hac nihil aut parum proficiet, ſive in Italiam, ſive alibi locorum peregrinetur ſive domi maneat; Imò accidit quandoque, etiamſi quis exactam præceptorum cognitionem habeat, ſatis tamen ipſi in principio praxeos negotij faceſſat, ſi fortè periculoſi inciderint morbi, ne ab ſymptomatibus in errorem abducatur.

Hoc loco mihi in mentem venit aliqua Hiſtoria, quam hic addere placet. In Italiâ, nec non in Galliâ conſvetudo invaluit, non tàm laude digna, quàm fructuoſa, ex quâ non vulgaris laus in profeſſores redundat. Quando nimirum ægrotos viſitant, ut ſtudioſos vel candidatos Medicinæ ſibi ſemper adjunctos habeant, non ſolum morbos, ſed etiam medicamenta, quæ ægrotis præſcribere ſolent, explicant; Inde fit, ut ſtudioſus quiſpiam, qui præceptorum notitiã habet, in unâ ſeptimanâ plus proficere poſſit, quàm alius, qui multas ſeptimanas libris incumbit. Cum autem Medicus vel Profeſſor aliquis Patavinus quodam tempore idem faceret, en quidam ſtudioſus inter alios, & quidem quo ad eruditionem non poſtremus, attentè illi auſcultabat & audiebat non tàm morbum, quàm

præ-

præſcripta medicamenta explicantem, ſed verſabantur in animo cogitationes, Medicum proponere vel explicare ægroti morbum contra propriam lectionem.

Cum autem Profeſſorem ſtudioſus, ut moris eſt, domum euntem comitaretur, ſuam Excellentiam interrogavit, Cur nimirum in viſitatione patientis hoc vel illud ſtatuiſſet, cum tamen pro lectione aliud viſus ſit docuiſſe? Ibi Medicum reſpondiſſe ajunt, mi Domine, aliud eſt docere, & aliud eſt praxin exercere, & ſic Dominum ſtudioſum dimiſit: Et verum eſt, nam particularia non poſſunt ſcribi, vel doceri, ut febris quidem tertiana explicari poteſt, tertiana autem, quâ Iohannes, vel alius laboraturus eſt, numquam explicabitur.

Quod ſi igitur huic ſtudioſo accidit, ut à ſymptomatibus in errorem inductus ſit, qui aliàs præcepta exactè tenebat, quid huic accideret, qui vix pedes in philoſophiam & Medicinam intulit? Talis palliativum Medicum aget, id eſt, curabit ſymptomata, (quamvis hæc interdum, quando nimirum morbi naturam induunt, non immeritò curantur) morbo cum periculo ægrotantis neglecto.

Quilibet igitur ſtudioſus Medicinæ hoc præcipuè ſibi curæ habeat, ut præcepta Philoſophiæ & Medicinæ, aphoriſmos alioſq; libros Hipp. nec

non

non Galenum ejuſque Interpretes & Chymicos dogmaticos ſibi optimè commendatos habeat, quippe qui rationem oſtendunt (prout ſupra mentio facta eſt) quid in morbis ſecundum rationem & indicationes faciendum, vel omittendum ſit.

Proinde & ego hosce aphoriſmos in manus relegendos ſumpſi; Et quia bonus ordo pater memoriæ dicitur eſſe; ego hunc ordinem, quem P. Franciſcus Occlerius Medicus Florentinus obſervavit mihi imitandum putavi, ad quod alij multi, præcipuè verò etiam Michael Savanorola non parum adjumenti attulerunt. Nam in practicâ ſuâ majori ſemper poſt hiſtoriam particularium morborum in calce cujuslibet Capitis aphoriſmos omnes ad ſingulos morbos pertinentes ad memoriæ ſubſidium & adjumentum eorum, qui in conſultationibus Medicis autoritate Hipp. ſuam ſententiam roborare volunt, adjunxit.

Quin etiam præter ſuccinctas annotationes cuilibet morbo aphoriſmos Practicos ex varijs autoribus collectos, & quod ego ipſemet obſervavi, adjunxi, ſimulq; Hipp. & Galenum allegavi, ut cunctis meus animus innoteſceret, qui non eſt, ut hoc libro alios autores de manibus ſtudioſorum Medicinæ excutiam; ſed iis potiùs anſam & materiam ſuppeditem Hipp. & Gal. alioſque Autores diligentiùs evolvendi.

Et quan-

AD LECTOREM.

Et quanquam primitus de publicatione hujus libelli non cogitabam, quippe qui non aliis ſtudiis Medicinæ, multò minus Medicis exercitatis; ſed in uſum filij mei collegeram; Verùm cum alios hac qualicunque operâ meâ etiam delectari animadverterem, typis publicis exſcribi curavi. Fruere ergo Lector benevole & feliciſſimè Vale.

Exti-

Ἐπιγραμμάτιον, quod

Medici hujus Opuſculi dignitate commotus l. mq́; fecit Norimbergæ

IOH. GEORG. FABRICIUS, PHIL. ET MEDIC. D. ISTIUSQUE REIPUBL. PHYSICUS ORDINARIUS & p. t. Officinar. Pharmac. Inſpector ſenior.

HIc Liber eſt eqvidem tenuis, ſi pondera ſpectes:
at, ſi perpendas res, bonitate gravis.
Nam, ſeu prima velis Artis fundamina ſtare,
poſita ſeu relegas, utile præſtat opus.
Has igitur Iuvenes hodie-nūc volvite chartas,
nec vos pœniteat cràs, didiciſſe Senes.

):( ):(In A-

II.

In Aphoriſmos Medicos Practicos

Viri qvondam
NOBILIS, AMPLISSIMI ET
experientiſſimi
Dn. TOBIÆ KNOBLOCHII,
M.D. PHYSICI ONOLDINI PERSONÆ PRINCIPIS, CLARISSIMI τȣ̃ μακαρίτȣ,
Odarium

M. Ioh. Henr. Rishi P.L. Diaconi Rotenburgici.

TE quod Phœbigenûm Laurea frontium
Secretum populo, præmia Delphica,
Fecere ad ſuperos tollere verticem
KNOBLOCHI, Medicum decus,
Quod, te Patre, ſalit gens quoque poſtera,
Nec totus moreris, ſed potior tui
Pars vitat tumulos, nominis ardui
Famæ & providus inclytæ:
Non tantum vegeti viribus ingenI
Aut horæ ſtudiis pervigili impigris,
Siccus manè animum, & veſpere ſobrius
Debes, Principe NUMINE.

Imis

Imis compediunt turris ahenea,
Ferrataq; fores, pondoq; ſaxea,
Ne ſurſum ingenio qui valet, evolet,
Si cui pauperies adeſt.
Aſt his eripuit te ROTEBVRGICA
Vinclis VRBS Clarijs clarior artibus,
Poſtquam Muſicolæ ſuppeditaverat
Largâ quod ſat erat, manu.
Hinc gratus tribuis thura adolens Deo,
Et libros benefactoribus Vrbicis:
Mœcenate ſuo hoc dignus Alumnus, &
Mœcenas ſuo alumno hic eſt.

)( )(2 CATA-

CATALOGUS AUTORUM, quorum operâ hîc uſi ſumus.

Actuarius.
Aetius.
Alexander Trallianus.
Alfonſus Ferrius.
Anutius Foeſius.
Amatus Luſitanus.
Ambroſius Paræus.
Andreas Laurentius.
Andreas Libavius.
Andreas Scato.
Andreas Veſalius.
Angelus Bolognìnus.
Antonius Chalmeteus.
Antonius Schnebergerus.
Anton. Muſa.
Ariſtoteles.
Alſtedius.
Arnoldus Villanovanus.
Avicenna.
Bartholomæus Maggius.
Benedictus Victorius Faventinus.
Bertrucius.
Bruno Seidelius.

Caſpa-

Caſparus Bartholinus.
Caſparus Bauhinus.
Caſparus Hoffmannus.
Caſparus Peucerus.
Chriſtophorus à Veiga.
Conradus Geſnerus.
Cornelius Celſus.
Daniel Sennertus.
Dodonæus.
Dominicus Leonus.
Diomedes Cornarius.
Felix Platerus.
Franciſcus Occlerus.
Franciſcus Valleriola.
Franciſcus Valleſius.
Frambeſarius.
Gabriel Fallopius.
Gabriel Ferrara.
Galenus.
Gerardus Columba.
Gregorius Horſtius.
Guilhelmus Fabritius.
Guilhelmus Plantius.
Guilhelmus Rondeletius.
Georgius Bartiſchius.
Hartmannus Bayer.
Hercules Saxonia.
Hieronymus Capivaccius.

Hie-

Digitized by Google

Hieronymus Fracaſtorius.
Hieronymus Mercurialis.
Hieronymus Reuſnerus.
Hippocrates.
Horatius Augenius.
Iacob. Horſtius.
Iacobus Berengarius.
Iacobus Dons.
Iacobus Dondus.
Iacobus Hollerius.
Iacobus Sylvius.
Iacobus Forliviensis.
Ioachimus Camerarius.
Ioannes Baptiſta Montanus.
Ioannes Butinus.
Ioannes Guinterus Andernacus.
Ioannes Wittichius.
Ioannes Heurnius.
Ioannes Michael Savanorola.
Ioannes Rudolphus Camerarius.
Ioannes Bauhinus.
Ioannes Marquardus.
Ioannes Langius.
Ioannes Crato à Krafftheim.
Ioannes Tagaultius.
Ioannes Riolanus.
Ioannes Fernelius.
Ioannes Planteus.

Ioan-

Ioannes Lygajus.
Ioannes Weckerus.
Ioannes Poſtius.
Ioannes Viſcherus.
Ioannes Ieſſenius à Ieſſen.
Ioannes Oberdörffer.
Ioann. Pet. Ayroldus.
Iohannes Rudolphus Camerarius.
Ioſephus Quercetanus.
Iodocus Willichius.
Kentmannus.
Laurentius Ioubertus.
Laurentius Scholtius.
Leonhardus Fuchſius.
Marcellus Donatus.
Marianus Sanctus.
Martinus Panſa.
Martinus Rolandus.
Matthæus Martini.
Matthias Glandorf.
Melchior Sebitius.
Michael Angelus.
Michael Döringius.
Nicolaus Abrahamus.
Nicolaus Nicolai.
Oribaſius.
Omnibonus Ferrarius.
Oswaldus Crollius.

Pla-

Plato.
Petrus Andreas Matthiolus.
Petrus Foreſtus.
Petrus Monavius.
Petrus Pavius.
Philippus Hochſtetterus.
Reymundus Minderer.
Reinerus Solenander.
Rhaſes.
Robertus Dodonæus.
Rodericus à Caſtro.
Rodericus à Fonſeca.
Sanctus Sanctorius.
Spiegelius.
Septalius.
Theophraſtus Paracelſus.
Thomas Eraſtus.
Thomas à Veiga.
Valerius de Taranta.
Victor. Trincavellius.
Vidus Vidius.
Volckerus.

IN APHORISMOS HIPPOCRATIS.

I. Aphor. 1.

Ὁ βίος βραχὺς, ἡ δὲ τέχνη μακρὴ, ὁ δὲ καιρὸς ὀξὺς, ἡ δὲ πεῖρα σφαλερὴ, ἡ δὲ κρίσις χαλεπή. Δεῖ δὲ οὐ μόνον ἑαυτὸν παρέχειν τὰ δέοντα ποιέοντα, ἀλλὰ καὶ τὸν νοσέοντα καὶ τοὺς παρεόντας, καὶ τὰ ἔξωθεν.

Vita brevis, ars longa, occaſio præceps, experientia periculoſa, judicium difficile; oportet autem non ſolum ſeipſum præſtare ut oportuna faciat, ſed & ægrotum & aſtantes & externa.

Vita brevis &c. [Homo enim in hac vita artem hanc nobilem, ob variarum rerum cognitionem vix incipere, multò minus abſolvere poteſt; Ideoq; ſi vita hominis triplo longior eſſet, ad eius cognitionem ſatis non eſſet. Gal. in Comm. Gal. 1. de demonſtr. Averro. lib. 1. natur. cap. 1. & 2. lib. de articulis

Comm. 22. 3. de comp. med. ſ. l. c. 9. 3. de differ. pulſ. 4. de uſu part.]

Occaſio præceps. [Quia tempus curandi, imprimis in morbis acutis, ob humani corporis & aſſiduam ſymptomatum mutationem & concurſum, citò præterit.

Medicus ergo experientiâ & ratione in arte medicâ edoctus, in curatione morborum, occaſionem & tempus curandi diligentiſſimè obſervare debet: quod fit quando frequenter ægros ſuos viſitat, & ſtudium ſuum non negligit. Quando contrarium accidit, tunc plus mali à medico, quàm à morbo eſt, ſi vel imperitiâ vel audaciâ peccet.

Hipp. lib. de morb. Gal. 6. Epid. 6. Com. 1. & 1. ad Glaucon. 12. de uſu part. c. 2. 2. de loc. affect. 1. Hipp. lib. de arte.]

Experimentum fallax. [Quando quis citra rationem & indicationem medicamentum aliquod patienti, tanquàm ſubjecto nobili, exhibet ſicut interdum Experimentores, Errones, Balneatores, Circumforanei &c. non ſine vitæ diſcrimine facere ſolent. Gal. 2. de loc. aff. c. 1. 9. de facult. ſimpl. medic. 13. M. M. 1. de

criſ.

criſ.c. 2. Hipp. lib. de lege de præcognitione ad poſthumum.]

Iudicium difficile.] Ob quid agendum & modum agendi, ſumma ergo judicij dexteritate opus eſt, ut medicus dogmaticus (variæ enim fuerunt in medicinâ ſectæ & opiniones) ea, quæ ad hominis tutelam morborumq; inprimis internorum curationem facienda ſunt, rectè dijudicet: Gal. in Com. 4 de decret. Hippoc. & Plat. 7. aph. com. 22. Hipp. de præceptionibus.]

Oportet autem non ſolum ſeipſum &c. [Hoc fit quando nimirum medicus artis peritus, pius, diligens, prudens, exercitatus, occaſionis captator, in curatione non ſolum morborum naturam, cauſſas, virium conſtantiam, imò omnia quæ facere debet, benè conſiderat, ſed etiam ęger ſe obſequentẽ medico præbet, aſtantes, qui ægro miniſtrant & ipſi ſunt grati, etiam ſuum officiũ faciunt, & exteriora ritè ſunt comparata, & ſic omnia circa ægrum opportuna fiunt: tunc nullum errorem circa curationem aut judicationem morbi cõmitti contigit.] Gal. com. 2. ſuper 1. Epidem

aph. 51. item 6. Epid, aph, 45. 1. de dieb, crit, c. 11.

DeEphemera ſimplici & plurium dierum, item Synocha ſine putredine Aphoriſmi practici.

1. QVia huius febris, quæ nihil aliud eſt, quàm ſpirituum inflammatio, variæ ſpecies ſunt, ideoque curatio vario modo, ratione cauſarum inſtituenda Gal, lib. de cauſſis morborum cap. 2.

2. Intemperies ergò calida, quæ à fervore ſpirituum incenſorum excitatur, alteranda, & materia peccans evacuanda, ſed cavendum ne patiens in hac febri nimiâ evacuatione, ſive fiat per purgationem vel venæ ſectionem, moleſtetur.

3. Victus ratio ſit humectans & refrigerans.

4. Potus ſit decoctum hordei, cereviſia benè defæcata, vinum Neccarinum, ſed modicè ſumptum.

5. Cauſſis evidentibus, febrem hanc gignentibus reſiſtendum.

6. Si

6. Si à nimio aeris calore proveniat, æger in locum frigidiorem transferendus: aliaq; medicamenta, ut refrigerantia præſcribenda.

7. Si à labore & motu nimio ortum habeat, quieſcendum, cibis eychymis & concoctu facilibus utendum, & corpus humectandum & refrigerandum; quia violentia laboris facilè eſt exiccatio, & per conſequens interdum etiam Ephemera.

8. Si ab irâ, triſtitiâ, cura &c. oriatur, quod fit, quando calor naturalis & ſpiritus ſubitò moventur ab exterioribus ad interiora & inflammantur, affectus animi prędicti vitentur vel moderentur, vel animus ad contraria deducatur & balneetur in aquâ calidâ.

9. Si à Syncope, cureturipſa, & bibatur vinum odoriferum, vitentur triſtitiam inducentia.

10. Si à dolore, is ſedandus.

11. Si à vigilijs orta ſit, ſomno indulgendum & quieſcendum, caput decocto ex herbis refrigerantibus & humectantibus parato embrochandum.

12. Si à nimia evacuatione, dentur a-

ſtringentia & ventriculus corroboretur.
13. Si à potu nimio, vomitus provocetur, & alvus ſit lubrica.
14. Si à fame vel ſiti, detur hordeatum vel avenatum, deinde alij laudabiles cibi, prodeſt interdum balneum, ſomnus & quies.
15. Si à cibo crudo oriatur, qui coctione corrigi non poſſit, provocetur vomitus, humor crudus, ſive ſit bilioſus, ſive pituitoſus, vel alius, medicamentis præparetur appropriatis, & evacuetur.
16. Quando obſtructio à copia humorum cauſſata Ephemeram excitat, vena, ut obſtructio ſolvatur, ſecanda, deinde aperientia medicamenta præſcribenda.
17. Si denſitas cutis adſit, quæ vel à frigore vel re aſtringente, vel exiccante ortum habens, huic febri cauſſam præbeat, rarefacientia & aperientia præſcribenda, ut ſunt frictiones, olea temperata, ſudor quoque provocandus, corpora etiam potu & cibo humectentur, & refrigerentur.

18. Si

18. Si à repletione nauſeativâ ortum habeat, quod fit, quando multi vapores craſſi elevantur & totũ corpus pervadunt, poroſque cutis ſua craſſitie obſtruunt, facta obſtructione vapores retinentur, retentis ſive cohibitis igniuntur, & Ephemera interdum fit, provocandus ergo vomitus, materia peccans reliqua præparanda & evacuanda, ventriculi intemperies corrigenda, ne in putridam vel hecticam abeat: Ventriculus quoque idoneis tàm internis quàm externis medicamentis corrigendus.

19. Si fiat ob abſceſſum, vel tumorem aliquem Partium externarum, ut ſæpius accidere videmus propter furunculum, carbunculum, podagram, ignem ſacrum &c. præmiſſis pręmittendis abſceſſus curetur.

Plura de curatione huius febris & Synochæ ſine putredine vide ap. Gal. 8. M.M. & Avicenn. lib. 4. ſenn. tr. 1. Aëtium tetra: 2. ſerm. 1. c. 39. Paul. Æginetam l. 2. c. 16. Alexandr. Trall. l. 22. c. 1. Actuarium l. 3. M.M. c. 16. Oribaſ. lib. 6. Synoſ. c. 6.

DE FEBRE TERTIANA.

I. Aphor. 22.

Πέπονα φαρμακεύειν καὶ κινέειν, μὴ ὠμὰ, μηδ' ἐν ἀρχῇσιν, ἢν μὴ ὀργᾷ. τὰ δὲ πλεῖστα οὐκ ὀργᾷ.

Concocta medicari atque movere oportet, non cruda, neque in principio, niſi turgeant, plurima verò non turgent.

Concocta medicari oportet. [Quia ſequeſtratio quæ coctione fit, jam facta, ideoque ad expulſionem apta, &c. Cruda verò quæ non turgent & non cocta ſive maturata, i.e ad expulſionem non preparata, ut in febribus putridis obſervamus, propter craſſitudinem & frigiditatem, nec medicanda, nec alijs irritamentis movenda.

Mota enim reijciuntur in habitum corporis, aut in venas majores, ibique corrumpuntur & putreſcunt, & ſic interdum aut morbos longos, aut periculoſos creant. Cruda verò, quæ tenuis & fluxilis ſubſtantiæ sũt, & turgent, ut humores

mores bilioſi,ſunt movenda,ne aut impetu,aut motu inordinato (facile enim de loco in locũ moventur)calorem nativum opprimant, aut in partem nobilem procumbant & ſic periculum vitæ afferant. Gal. in com. 1. de hum. 3. 1. aph.21 7.&12. M.M.3. progn.23. 4. de *Lib.2.* ſanit. 4. 9. M. M.5. 2.aph.13. & 29.30. *de art.* 4.de victu acut.22. 4.aph. 1. & 10.1. de *Med.* Criſ.9. 1. de humor. 20. 2. de hum.15. *cap. de* 4.aph.10.2. de victu acut.16.2.de facult, *purgat.* natur. & 4. de victus ratione in acut.45. 2.aph.com.23. 7.aphor, com.30.1. artis curati:ad Glaucon. cap.17.]

III. Aphor. 21.

Τοῦ δὲ θέρεος ἔνιά τε τουτέων, καὶ πυρετοὶ ξυνεχέες, καὶ καῦσοι, καὶ τριταῖοι πλεῖστοι, καὶ τεταρταῖοι, καὶ ἔμετοι, διάῤῥοιαι, καὶ ὀφθαλμίαι, καὶ ὤτων πόνοι, καὶ στομάτων ἑλκώσιες, καὶ σηπεδόνες αἰδοίων, καὶ ἱδρῶα.

Æſtate autem nonnulli ex his, & febres continuæ & ardentes & tertianæ plurimæ, & quartanæ, & vomitiones & alvi profluvia, lippitudines, aurium dolores, oris exulcerationes, genitalium putredines & ſudamina accidunt.

[Quia veris finis cum æſtate coincidit,ubi bilis ratione caliditatis & ſiccitatis multiplicatur, quæ quando in venis inflammatur & putreſcit, febrem tertianam, continuam ſive cavſonem, acutam & malignam, cum inexplebili ſiti & ſcabritie linguæ, ita quartanas, quę ex uſtione bilis fieri poſſunt,nec nō alios morbos, quorum in aphoriſmo fit mentio, generat. Gal. in comm. 2. de ſympt. Cauſ. 6. 7. aphor. com. 4. 3. aph. com. 7. & 16. 2. de diff. febr. c. 12. 4. aph. com. 59. 3. de comp. medic. ſecund. loc. c. 1. 7. de morb. popul. ſ. 3.]

IV. Aphor. 43.

Πυρετοὶ ὁκόσοι μὴ διαλείποντες διὰ τρίτης ἰσχυρότεροι γίνονται, ἐπικίνδυνοι μᾶλλον: ὅτῳ δ᾽ ἂν τρόπῳ διαλείπωσι σημαίνει ὅτι ἀκίνδυνοι.

Febres non intermittentes, quacunque per tertium diem fortiores, ſunt magis periculoſæ, quoquo autem modo intermiſerint, periculum abeſſe ſignificant.

[Quia natura tempore quietis vel intermiſſionis ſe recolligere poteſt, quod in continua, tertiana, ubi nullum quie-

tis

tis tempus, fieri nequit. Ideoq; ejusmodi febres abſque periculo non ſunt. Gal. in com. 1. & 2. de diff. febr. c. 1. & 3. de Criſ. c. 3. 2. de criſ. c. 12. 4. aph. com. 59. 5. aph. 21.] Hipp. 1. de morb. popul. part. 3.

IV. Aphor. 59.

Τριταῖος ἀκριβὴς κρίνεται ἐν ἑπτὰ περιόδοισι τὸ μακρότατον.

Tertiana exquiſita ſeptenis ad ſummum circuitibus judicatur.

[Quia habet bilem exquiſitam ſive ſinceram intra vaſa putreſcentem, nec alteri humori permiſtam, hinc facilè in ſudorem abit, aut per vomitum, aut per alvum excernitur. Gal. in com. 4. aph. 43. 2. de diff. febr. c. 2. 3. & 8. 4. aphor. 43. 3. progn. com. 8. Cur febres intermittentes mutantur in continuas? Resp. Quia materia peccans retenta in venis minoribus, id eſt, primis vijs, transfertur interdum errore ad venas majores, & ſic alios humores de novo inficit, unde febres continuæ.]

APHO-

APHORISMI PRACTICI De Tertianâ.

1. CUratio febris tertianæ conſiſtit in evacuatione humoris putridi & caloris p.n. extinctione.

2. Si bilis ad ventriculum repat per vomitum, inprimis ſi notha ſit, id eſt, ex pituita admiſta ortum habeat, educatur.

3. Deinde materia, quæ in primis vijs hæret, benignis, non fortibus medicamentis evacuanda.

4 Reliqua materia digerenda, coquenda.

5. Apparentibus ſignis coctionis materia evacuetur.

6. Venæ ſectio (die ἀπυρεξίας) ubi plethora & vires validæ, ante tertium paroxysmum i.e. antequam ſeparatio maligni à benigno facta, non inſtituenda, nec etiam multum de ſanguine (nimirum in exquiſita tertiana) extrahēdum, quia choleram ſive bilē exaſperat, hinc febris facilè in continuam mutatur.

7. Die Paroxysmi urgente neceſſitate, non niſi lenientia purgantia exhiben-

benda, vomitoria, ſi materia ad ventriculum, ut dictum, vergat, vel circà meſaraicas venas contineatur, & æger ad vomitum non ſit difficilis, in exquiſitâ febri mitia, in nothâ verò fortia præſcribenda.

8. Poteſt autem vomitus vel die quietis poſt ſumptum cibum, ut cauſa antecedens tollatur, vel ante paroxysmum, ut materia paroxysmum faciens evacuetur, inſtitui.

9. Si ſudor in fine paroxysmi immineat, expectetur ille, modo vires permittant, ut putredinoſum fermentum diſcutiatur.

10. Poſt evacuationes, ſi febris non ceſſet, urinam moventia nec non ſudorifera præſcribenda, ut reliquiæ humorum evacuentur.

11. In exquiſitâ tertianâ proſunt ea, quæ in tertianæ continuæ curatione præſcribuntur.

12. In febribus nothis & longis proſunt ea medicamenta, quæ materiam in viſceribus ſecundæ coctionis præparare, viasque aperire, ſimulque evacuare valent, medicamenta quoque, quando fe-

do febres ejuſmodi, inprimis nothæ pertinaces, ſæpè repetenda, viſcerum ſimulq́;, Epatis nimirum ratio habenda.

13. Victus ratio in tertianâ exquiſitâ, eadem ferè, quæ in continuâ bilioſâ, obſervari debet.

14. In tertianâ nothâ, quæ longior, victus ratio talis inſtituenda, ut vires conſerventur, & morbus non augeatur. Extremè ergo tenuis diȩta eſt mala, quia natura diuturnitate morbi debilitata, absque refectione largioris cibi diu ſuſtinere ſe non poteſt ut Hipp. 1. aph. 4. docet. Gal. in com.

HACTENUS DE TERTIANA, SEQUITUR QUARTANA.

II. Aph. 25.

Οἱ θερινοὶ τεταρταῖοι τὰ πολλὰ γίνονται βραχέες: οἱ δὲ φθινοπωρινοὶ, μακροὶ, καὶ μάλιστα οἱ πρὸς τὸν χειμῶνα συνάπτοντες.

Æſtivæ quartanæ magnâ ex parte breves, Autumnales longæ, & maximè quæ hyemem attingunt.

(Calor .n. morbos bre- [Non ſolum quartanæ, verum etiam alij morbi æſtate plærumq; ſunt brevio-

viores: meatus enim ſunt aperti, cauſa morbi ſubtilior eſt, ad coctionem, nec non excretionem paratior: breves autem ſunt, vel in ſalutem, ſi vires validæ; vel mortem, ſi debiles fuerint. Qui verò morbi, imprimis quartanæ, hyemem attingunt, utplurimum ſunt longi: Cauſa enim morbi craſſior & contumacior, frigus etiam excretionem prohibet, humorem ſive cauſam morbi repellendo & cutem conſtipando. Gal. in com. 3. progn. 7. & 9. 4. aph. com. 2. 2. aph. com. 2. 2. de differ. febr. 2. 1. 3. aph. com. 2. & 23. 2. de Criſ. c. 12. 1. aph. com. 12. Hipp. l. 1. de natur. hum. 16. 34. & 36. 1. & 6. de morb. popul. c. 2.]

ves, frigus verò longos reddit.)

III. Aph. 22.

Τοῦ δὲ φθινοπώρου, καὶ τῶν θερινῶν τὰ πολλὰ, καὶ πυρετοὶ τεταρταῖοι, καὶ πλανῆτες, καὶ σπλῆνες, καὶ ὕδρωπες, καὶ φθίσιες, καὶ στραγγουρίαι, καὶ λειεντερίαι, καὶ δυσεντερίαι, καὶ ἰσχιάδες, καὶ κυνάγχαι, καὶ ἄσθματα, καὶ εἰλεοὶ, καὶ ἐπιληψίαι, καὶ τὰ μανικὰ, καὶ τὰ μελαγχολικά.

Autumno etiam æſtivi morbi fiunt, febres quartanæ & erraticæ, lienes magni, aquæ

aquæ intercutem, tabes, urinæ ſtillicidia, lævitates & difficultates inteſtinorum, coxendicum dolores, anginæ, aſthmata, Ilei, morbi comitiales, furores & melancholiæ.

[Quia tempore autumnali magna adeſt humorum in corpore pravitas præcedente æſtate collecta: accedit etiam diætæ vitium ob eſum fructuum liberaliorem: meatuum perſpiratio eſt impedita, & motus humorum ad viſcera. Hinc morbi in aphoriſmo indicati: ut febres quartanæ erraticæ ob humoris melancholici & bilioſi putredinem: Lienes magni & hydrops ob Epatis & lienis imbecillitatem: tabes & urinæ ſtillicidia ob humorum acredinem: lævitates & difficultates inteſtinorum ob humorem bilioſum, acrem & malignum: Coxendicum dolores, quando humor ad ſuperficiem tendit: Comitiales morbi, furores & melancholia ob venenatam qualitatem humoris pravi, ſpiritus animales perturbantis, nervoſumque genus & cerebrum moleſtantis & vellicantis. Gal. lib. de atra bile. 1 progn. com. 36. 2. de differ. febr. c. 1. 1. de morb. vulg. com. 2. 1. Epid. 4. de loc. aff. 7.

aff.7.6.de loc.aff.c.2.3.aph.11. 5.aph.58. 7.aph. 49.6. aph. com.1.3. Gal. in com. Celſ.l.2.Hipp. de nat. hum.]

V. Aphor. 70.

Οἱ ὑπὸ τεταρταίων ἁλισκόμενοι, οὐ πάνυ τι ἁλίσκονται ὑπὸ σπασμοῦ: ἢν δὲ ἁλίσκωνται πρότερον, εἶτα ἐπιγένηται τεταρταῖος, παύονται.

Quartanis correpti non admodum convulſionibus capiuntur; ſi verò capiantur, & quartana ſupervenerit, liberantur.

[Quartana conſumit cauſam convulſionis; quæ in fibroſis muſculorum & nervorum partibus hæret, duplici modo; 1. Rigore, per excretionem. 2. Calore, per coctionem. Quartana ergò non ſolum prohibet fieri convulſionem, verùm etiam ſi facta eſt, ſolvit. Gal. l. 1. & 6. de morb. popul. Gal. in com. aph. 56. 2. de facult. nat. 9. 6. aph. 39. 5. aph. com. 1. lib. de rigor. & convulſ. c. 8. 2. de ſympt. cauſ. 2. 5. aph. com. 70.]

VII. Aphor. 87.

Ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τεταρταίοισιν ἐξ- σιν αἷμα ῥυῇ ἐκ τῶν ῥινῶν, πονηρόν.

Quibus in febribus quartanis ſanguis è naribus fluxerit, malum eſt.

[Quia fluxus ſanguinis refrigerat & exiccat, materia a. febris eſt frigida & ſicca, humor nimirum melancholicus ad motum piger & in venis non multũ exiſtens, nec etiã facilè per hæmorrhagiam criticam evacuatur & quidem ſurſum, aut per hæmorrhagiam tenuis ſanguis evacuatur, craſſior relinquitur. Ergo evacuatio abſque allevatione fit.

Vide aphor. 22 / 21 ſect. 1 / 3 ſub. titul. de Tertianâ.

APHORISMI PRACTICI De febr. Quartanâ.

1. IN hac febre venter primò emolliendus, viæ primæ evacuandæ clyſteribus, vomitorijs, & alijs potionibus lenibus. Fortia enim medicamenta in principio non proſunt, quia facilè febres duplices & triplices cauſſare poſſunt, ſicuti experientia teſtatur.

2. Ubi primæ viæ evacuatæ, venæ ſectio in dextro brachio, ſi cum humore Melancholico ſanguis permiſtus, & abundet, inſtituenda.

3. Sicuti itaque natura non crudos, ſed coctos humores expellit, ita quoque

Medi-

Medicus coctos evacuare debet, eſt enim naturæ miniſter.

4. Sanguine evacuato reliquus humor melancholicus, qui in viſceribus, Meſenterio, ejusque venis & Pancreate hæret, præparandus. Si craſſus, attenuandus, incidendus, ſi frigidus & ſiccus, calefaciendus & humectandus, quia absque pręmiſsâ præparatione difficulter evacuatur, imò magis exaſperatur.

5. Præparatio autem & evacuatio humoris peccantis per vices & intervalla repetenda, impoſſibile enim eſt ejusmodi humorum copiam primâ vice præparare & evacuare.

6. Quia uſu medicamentorum continuo vires debilitantur, conſultum eſt aliquandiu quieſcere & naturæ negotium committere, & poſtea prædictum modū coquendi & evacuandi repetere.

7. Si ex nimiâ bilis aduſtione quartana proveniat, humectantia & refrigerantia medicamenta, ſed temperata, proſunt; ſi ex pituitâ, & humore melancholico ortum habeat, calida & humectantia eligenda.

8. Fluxus hæmorrhoidum in hac febre plurimùm prodeſt; nam aliàs à varijs languoribus ex humore melancholico & aduſto natis, præſervat.

9. His ita ritè præmiſſis, profunt etiam ſudorifera & urinam cientia. Topica illis partibus, quæ maximè febrem fovent, applicanda.

10. Modus diætandi ſecundum vires & conſvetudinem, ſicut in omnibus morbis fieri ſolet, ordinandus.

11. Qui multis ſcatent ſuccis crudis, tenuius alendi, ut crudi humores concoqui poſſint, nevè altius penetrando obſtructiones adaugeant.

12. Abſtinendum à cibo omni, qui craſſum & viſcidum ſuccum generat.

13. Quatuor horis antè & poſt paroxyſmum æger cibum ſumat, ne fiat cum cibo & paroxyſmo duellum.

14. Potus ſit vinum tenue, album, non auſterum, item cerevíſia benè defæcata.

15. Abſtineat quartanarius à coitu citò volens ab hac febri liberari; Venus enim, inprimis immodica, vires deijcit, & vitioſos humores in corpore multi-

pli-

plicat & ſic febris exaſperatur.

16. Balneorum uſus cum anetho, origano, calaminthâ, ſalviâ &c. differendus in morbi declinationem.

De Quartanâ continuâ.

1. In febre quartanâ continuâ, ſi humor melancholicus in venis majoribus ſanguini permiſtus, vena ſecanda.

2. Parcius etiam calefacere & attenuare, econtrà plus humectare & refrigerare, quàm in intermittente convenit.

3. Fervor etiam humorum debito modo mitigandus.

4. Cibus quoque parcius nutriat, magis refrigeret, quàm in intermittente.

5. Vini uſus ſit parcior, & ſi calor vehementior, à vino abſtinendum.

DE FEBRE QUOTIDIANA.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

IV. Aphor. 63.

Ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσι καθ' ἡμέρην ῥίγεα γίνεται, καθ' ἡμέρην οἱ πυρετοὶ λύονται.

Quibus in febribus quotidie rigores fiunt, iis quotidiè febres ſolvuntur.

[Quia tempore paroxyſmi materia febris,quæ tenuis,à natura pellitur extra venas: hinc quoties novus humor putridus generatur & movetur, ſive extra venas pellitur,& venis minoribus communicatur, toties redit paroxyſmus & ſic quotidiè febris rigore ſolvitur,ea nēpe quæ quotidiè cum rigore invadit, nam præcedentem finiri neceſſe eſt, ſi altera cum rigore incipere debet. Hipp. 4.de vict. acut.8. Gal.in cō.2. de ſympt. cauſ.6.4.aph.com.58.1. progn. com.3.]

Vide aphor. 22. ſect. 1. ſub titulo de febre tercianâ.

APHORISMI PRACTICI De feb. Quotidiana.

1. Hæc febris eſt rariſſima avis. Verùm ſi quis hac corripiatur, Medicus in principio Enema præſcribat.

2. Venæ ſectio vix locum habet, quia cauſa morbi hæret in primis viis, & venâ incisâ vitioſus humor in venas attrahitur.

3. Vomitus in hac febre prodeſt,quia ventriculum, qui in hac febre afficitur, evacuat. Et ſi vomitus ſit difficilis attenue-

tenuetur materia peccans craſſa in ventriculo contenta. Deinde vomitus provocetur, & quidem in principio paroxysmi ſæpius, modo æger non debile habeat caput.

4. Deinde materia, quæ adhuc reſtat, debito modo medicamentis appropriatis præparetur. i.e. alteretur, incidatur, detergatur, & demum evacuetur.

5. Quoniam viſcerum primæ & ſecundæ coctionis imbecillitas pituitæ multitudinem cauſſat, ideo roboranda, eorumque obſtructiones aperiendæ.

6. In principio paroxysmi ſomnus vitandus, in declinatione verò permittendus.

7. Sudorifera & Urinam cientia præmiſſis præmittendis non negligenda.

8. Victus rationem quod attinet, ægri in principio tenuius ſunt alendi; ut materia cruda in ventriculo abſumatur.

9. In febre quotidianâ continuâ non refrigerare vel humectare, ſed humorem ſive cauſam morbi præparare calefacientibus & incidentibus medicamentis, poſtea purgationibus evacuare debemus.

10. Venæ ſectio, ubi vires validæ & cauſa morbi copioſa, interdum, ſed non temerè inſtituenda.

11. Virium quoque habenda ratio, nec non ſymptomata medicamentis lenienda.

12. Victus rationem quod attinet, cibi ſint boni ſucci, facilis coctionis, & habeant vim incidendi & abſtergendi; In principio prodeſt cereviſia defæcata, apparente verò coctione vinum oligophoron.

13. Curatio febris ſyncopalis difficilis eſt, patiens enim ob virium imbecillitatem nec venæ ſectionem, neque purgationem fortem ſuſtinere poteſt. Ideoque in hac febre cautè agendum: Proſunt ergo lenia medicamenta, ut mel. ſolut. Manna, paſſul. laxat. pulv. Mechoacæ albæ &c. item clyſteres lenes.

14. Præmiſſa evacuatione leni, humores reliqui coquendi & evacuandi & viſcera corroboranda.

DE CAVSONE SIVE FEBRE ARDENTE i. e. TERTIANA CONTINUA.

III. A-

III. Aphor. 30.

Τοῖσι δὲ ὑπὲρ τὴν ἡλικίην ταύτην ἄσθματα, πλευρίτιδες, περιπνευμονίαι, λήθαργοι, Φρενίτιδες, καῦσοι, χολέραι, δυσεντερίαι, λειεντερίαι, αἱμορρόϊδες.

Vltra hanc ætatem progreſſis, abſtmata, plevritides, pulmonis inflammationes, lethargi, phrenitides, febres ardentes, choleræ, inteſtinorum difficultates & lævitates, hæmorrhoides accidunt.

[Id eſt, ultra annum 35. progreſſi, multis & quidem modo dictis morbis, pro ratione humorum & partium ſubjecti ſunt: Quia hæc ætas multos limoſos, pituitoſos, bilioſos & melancholicos humores acervat, quos facilè non conſumit. Interdum tamen per hæmorrhoides expellit. Morbi autem ejusmodi, quorum Hipp. in aphor. mentionem facit, ab immoderatâ victus ratione proveniunt, & magis à juventute differuntur ad hanc ætatem, id eſt, ad annum 35.40.45.&c. Hinc rectè Cicero dixit, intemperanter acta juventus effætum reddit corpus ſenectuti. Gal. in com. 1.aph.13.2.de ſympt.cauſ.c.7.& 1.de morb.vulg. com.2.4.de præſag.ex

Lib. 1. de arte medendi. pulſ.c.8.3.de loc.aff.5. 3.aph. 10. 7.aph. 16. 3.aph.com.22. 5.aph.9. Gal. 6. de morb.popul.c 3. 4. de vict. acut. 6, aph. com.32. 7.aph.com.72,73.]

IV. Aphor. 54.

Ὁκόσοισιν ἐπὶ πολὺ βῆχες ξηραὶ, βραχέα ἐρεθίζουσαι ἐν πυρετοῖσι καυσώδεσιν, οὐ πάνυ-τοι διψώδεες εἰσίν.

Quibus tuſſes ſiccæ modicè irritantes in ardentibus febribus diu durant, ij non admodum ſiticuloſi ſunt.

[Quia ſicca tuſſi, in quâ ob fluxiones bilioſas nihil effatu dignum expuitur, ex vicinis locis ſive partibus humiditas exprimitur, qua os, guttur & fauces humectantur, & madefiunt, atque ſic patientes non admodum ſitiunt. Gal. in com. Hipp. 1. & 4. de rat. vict. in ac. 7. aph.com.13. 1. de fac.medic.ſimpl.c.32. Hipp.1. de morb. 12. Gal.6. de morb. vulg.com.1.]

IV. Aphor. 58.

Ὑπὸ καύσου ἐχομένῳ ῥίγεος ἐπιγενομένου, λύσις.

Si rigor ſuperveniat laboranti febre ardente, ſolutio fit.

[Quia

[Quia rigor eſt ſignum criticum, cauſam febris acutæ, bilem ſcilicet, in venis putreſcentem, jam coctam, ſecretam, evictam, & vel per ſudorem, vel vomitum aut abſceſſum evacuandam eſſe. Ardentes enim febres facilimè per ſudorem judicantur. Gal. in com. 2. de ſympt. cauſ. 7. & 2. de criſ. 3. & 4. de vict. acut. 12. 4. aph. 46. & 29. 4. de rat. vict. in acut. 13. 2. de differ. febr. c. 5. de ſympt. cauſ. 5. 6. aph. com. 39.]

VI. Aphor. 26.

Ὁκόσοισιν ἂν ἐν τοῖσι καύσοισι τρόμοι γένωνται, παραφροσύνη λύει.

Quibus in febribus ardentibus facti tremores fuerint, delirium ſolvit.

[Quia cauſa tremoris critici aliò deducitur: hinc calor & ſpiritus revocantur, econtrà ſpiritus animales deficiunt, vel ſaltem in cerebro perturbantur, unde delirium & ſolutio tremoris. Quando verò tremor non eſt criticus, tunc delirium non ſolvit tremorem, ſed potius mortem indicat. Avic. l. 3. fen. 2. c. 11. It. l. 4. fen. 1. tract. 2. c. 40. Gal. in com. l. 2. de cauſ. ſympt. c. 3. 3. de loc. aff. 7. aphor.

phor.52.lib.de tremor.c.5. 4.aph.côm. 58. 4.de rat.vict.c.1.1. Epid.com.2. 9. de plac. Hipp. & Plat. 2. de ſympt.cauſ. c.7.]

Vide aphor. 22, 21 ſect. 1, 3 ſub titulo de febre tertianâ.

APHORISMI PRACTICI.

1. In principio clyſteres & potiones minorantes commendantur in hac febri,ad alvum emolliendam,humectandam & vapores excludendos.

2. Clyſteres, ſicuti molles & refrigerantes eſſe debent,ita actu vix teporem habeant.

3. Præmiſſo enemate vel clyſtere, ſanguis mittendus, refrigerationis & evacuationis gratiâ: In augmento verò vel ſtatu omninò non mittatur,quia naturam impedit & patientem ſæpè interficit.

4. Medicamenta quod attinet, reſpiciant morbum & cauſſam morbi: Morbus requirit alterantia, cauſſa morbi alterantia, præparantia & evacuantia.

5. Caput corroboretur applicatione frigidorum, ne bilis vel ejus vapor ad ipſum aſcendat, & delirium &c. cauſet.

6. Verum plethorâ præſente & paroxysmo ingruente topica non admovenda, in vigore verò non negligenda.

7. In hac febre adhibendus victus tenuiſſimus, modò vires non ſint proſtratæ, potus aquæ frigidæ in hac febri concedi poteſt.

8. Vigiliæ & alia ſymptomata ſunt citò corrigenda.

9. In ſummâ, cura hujus febris eſt ſicuti tertianę, differunt tamen ſecundum intenſum & remiſſum hæ curæ, quia intenſiora frigida in cavſone conveniunt.

10. Alvus ſemper ſit laxa.

Aphoriſmi febrium acutarum ſunt etiam huc revocandi.

DE FEBRE ACUTA.

I. Aphor. 14.

Τὰ αὐξανόμενα, πλεῖστον ἔχει τὸ ἔμφυτον θερμόν. πλείστης οὖν δεῖται τροφῆς. εἰ δὲ μὴ, τὸ σῶμα ἀναλίσκεται. Γέρουσι δὲ ὀλίγον τὸ θερμόν. διὰ τοῦτο ἄρα ὀλίγων ὑπεκκαυμάτων

δέον-

δέονται. ὑπὸ πολλῶν γὰρ ἀποσβέννυται. Διὰ τοῦτο καὶ οἱ πυρετοὶ τοῖσι γέρουσιν οὐχ ὁμοίως ὀξέες. Ψυχρὸν γὰρ τὸ σῶμα.

Qui creſcunt, plurimum habent calidum innatum: plurimum itaque alimenti, ob evaporationem & diſſipationem continuam, egent, alioqui corpus abſumitur. Senibus verò parum calidi ineſt, propterea paucis fomitibus & alimentis opus habent, à multis ſiquidem extinguitur, ob eandem cauſam febres non perindè acutæ fiunt, frigidum enim eorum corpus.

[Iuniores plurimo egent alimento ob caloris nativi abundantiam & continuam diſſipationem & evaporationem: Senes verò, quia calor nativus debilis & remiſſior in qualitate, pluribus alimentis non egent: corpora enim ipſorum, quia ſicca & terreſtria, non ſunt reſolubilia. Deinde calor opprimitur & extinguitur multis alimentis, hinc ſenibus etiam non tàm facilè febres acutæ quàm junioribus contingunt, nec etiam corpora eorum ita vehementer à calore febrili afficiuntur. Quando verò febribus corripiuntur, & quidem acutis, tunc id absque periculo fieri non

non ſolet: ratio,quia ægritudines diſſimiles magis periculoſæ ſunt,quàm cognatæ. Gal.in com.1.de ſalub.diæt.c.7. 1.
5.aphor com.9.2.de facult.natur.c.3. 5. aph.com.22. 2.aph.11 lib.2.de nat. hum.c.19. 1.de ſem.c.5. 4.aph.c.71. 7. aph.com.60.1. de tuend ſanit.1.aph. com 12.2.aph com.24 30. 1.aph.com. 16.2.de tempor. l.de uſu pulſ. de format.fæt.2.de ſem.3.art.medic.1.progn. 37.7.progn.14.2.de tempor.]

II. Aphor. 19.

Τῶν ὀξέων νοσημάτων οὐ πάμπαν ἀσφαλέες αἱ προδιαγορεύσιες, οὔτε τοῦ θανάτου, οὔτε τῆς ὑγιείης.

Acutorum morborum non omnino certæ ſunt prædictiones, neque mortis, neque ſalutis.

[Quia motus humoris peccantis calidi eſt velox, incertus & inconſtans, nec non ſæpiſſimè ex uno loco ad alterum,de parte ignobili ad principem, & 2.
de principe ad aliā ſive ignobilē transfertur. Hinc prædictiones ſunt incertæ. Gal.in com.Celſ.l.2.c.6.1. progn.8. 3.progn.38.2. aph. com.23. 2.de criſ.c. 10. 3.aph.11.12. 4.aph.com.44.2. de nat.

nat.hum.c.1. 1.aph.12.] Hipp. 1. de rat. victus acut.

II. Aphor. 23.

Τὰ ὀξέα τῶν νοσημάτων κρίνεται ἐν τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέρῃσι.

Acuti morbi intra 14. dies judicantur.

[Quia materia vel cauſa morbi eſt calida, fervens, facilis concoctionis, ideoq; 1. facilè à naturâ, maximè à cæli motu adjuta & irritata vincitur, aut humor ſive cauſſa peccans naturam vincit. Gal. in com. 1. progn. Hipp. lib. de indic. 3. de criſib. c. 2. & 4. 1. de morb. vulg. 4. aph. com. 36. 1. progn. com. 28. 1. aph. com. 12. 1. de criſ. c. 18. 3. progn. com. 3. 4.]

III. Aphor. 7.

Ἐν τοῖσιν αὐχμοῖσι πυρετοὶ ὀξέες γίνονται, καὶ ἢν μὲν ἐπὶ πλέον ἢ τὸ ἔτος τοιοῦτον ἐὸν, *ὁκοίην καὶ τὴν κατάστασιν ἐποίησεν, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ καὶ τὰ νοσήματα τοιαῦτα δεῖ προσδέχεσθαι.

* alij ſic οἴην τὴν.

4. *In ſiccitatibus ſqualidis febres acutæ fiunt, & ſiquidem annus magna ex parte talis fuerit, qualem temporis conſtitutionem fecerit, tales ut plurimum morbos expectare oportet.*

[Quia temporibus ſiccis febres acutæ &

tæ & alij morbi acuti ſunt quidem pauciores; (putredines enim abſumuntur & diſſolvuntur) at ob bilis ſævitiam & acrimoniam acutiores fiunt. In imbribus autem fiunt multæ febres & alij morbi ob ſuperfluitates putredini propenſiores, ſed non ſunt acuti. Qualis ergò anni ſtatus, tales etiam morbos expectare oportet. Gal. in com. 3. aph. com. 15. 7. aph. com. 22.]

III. Aphor. 9.

Ἐν φθινοπώρῳ ὀξύταται αἱ νοῦσοι, καὶ θα-
νατωδέσταται * τὸ ἐπίπαν: ἦρ δὲ ὑγιεινότατον, * pro
καὶ ἥκιστα θανατῶδες. τὸ leg.

In autumno morbi acutiſſimi & perni- ὡς.
cioſiſſimi maximâ ex parte, ver autem ſa- 5.
luberrimum & minimè exitiale.

[Quia autumnali tempore calor innatus paucus, languor virium nec non cacochymia ob æſtatem præcedentem major, quam eſus fructuum, receſſus etiam Solis à verticibus noſtris auget. Ver verò ſaluberrimam & optimam habet temperaturam: Hinc vires corporis valentes ſunt, & calor innatus viget: humor etiam benignus, nimirum ſanguis, qui hoc tēpore abundat: motus quoq;

C non

non ad intra, ſed ad extra fit: Item, non fit mutatio ad frigidum naturæ inimicum, ſed calidum naturæ amicum. Gal. in com. item 1. art. medicin.] Hipp. lib. de humanâ naturâ.

III. Aphor. 11.

Περὶ δὲ τῶν ὡραίων, ἢν μὲν ὁ χειμὼν αὐχμηρὸς καὶ βόρειος γένηται, τὸ δὲ ἔαρ ἔπομβρον καὶ νότιον, ἀνάγκη τοῦ θέρεος πυρετοὺς ὀξέας, καὶ ὀφθαλμίας, καὶ δυσεντερίας γίνεσθαι, μάλιστα τῇσι γυναιξὶ, καὶ ἀνδράσι τοῖσιν *ὑγρὰς ἔχουσι τὰς φύσιας.

* ὑγροῖσι τὰς.

Inter anni tempora, ſi hyems ſicca & aquilonia fuerit, Ver autem pluvium & auſtrinum, neceſſe eſt, æſtate febres acutas fieri, & lippitudines & inteſtinorum difficultates, præſertim mulieribus & viris naturâ humidioribus.

[Quia prædictis temporibus duobus, 6. humiditates multæ, præſertim in corporibus humidioribus, colliguntur: quæ per æſtatem calefactæ & corruptæ, febres acutas & alios morbos, quorum in aphoriſmo fit mentio, generant. Gal. in com. Celſ. l. 2. c. 1. Ariſt. 1. problem. 8. Hipp. de aëre, aq. loc. 3. aph. com. 12. Hip. 3. de

3. de morb. vulg. 4. aph. com. 24. 26. 2. Epidem. 3. aphor. com. 5.]

III. Aphor. 14.

Ἢν δὲ βόρειον καὶ ἄνυδρον ἦ, τοῖσι μὲν ὑγροῖσιν ἐοῦσι τὰς φύσιας, καὶ τῇσι γυναιξὶ ξύμφορον, τοῖσι δὲ λοιποῖσιν ὀφθαλμίαι ἔσονται ξηραὶ, καὶ πυρετοὶ ὀξέες, καὶ * χρόνιοι: ἐνίοισι δὲ καὶ μελαγχολίαι. * πολυχρόνιοι.

Si verò autumnus aquilonius & ſiccus fuerit, hominibus natura humidis & mulieribus confert: reliquis verò lippitudines ſiccæ accident & febres acutæ & longæ, nonnullis verò & melancholiæ.

[Tempus autumnale ſiccum & aquilonium iis qui humido temperamento ſunt prædit, ut mulieres, confert, nimiam enim humiditatem exiccat: bilioſis verò inimicum, acrimoniam enim bilis exiccando auget, unde prædicti & alij morbi. Gal. in com. Hipp. l. de aëre, aq. & loc.] 7.

IV. Aphor. 37.

Οἱ ψυχροὶ ἱδρῶτες σὺν μὲν ὀξεῖ πυρετῷ γινόμενοι, θάνατον σημαίνουσι. ξὺν δὲ πρηϋτέρῳ, μῆκος νόσου.

Sudores frigidi cum febre acutâ facti

mortem ſignificant: Cum mitiori autem, longitudinem morbi.

[Quia ſudores frigidi in febre acutâ caloris naturalis extinctionem ſignificant, & per conſequens mortem: Du-
9. rare enim patiens tamdiu non poteſt, donec calor nativus paucus morbificos humores malignos & venenoſos, multos & copioſos, concoquat. Econtra verò ubi tales ſudores in febre mitiore apparent, morbi longitudinem indicant: quia calor nativus non fractus; ſed duntaxat preſſus à copiâ humoris peccantis, ideoque tandem humorem crudum concoquit & evincit, atque ſic non mortem, ſed morbi longitudinem, ut dictum, ſignificant. Gal. in com. 1. progn. 26. Celſ. l. 2. c. 5. 1 aph. com. 14. 21. 6. aph. com. 2. lib. de morb. cauſ. c. 2. 2. de temperam. de diff. febr. c. 1. 4. aphor. com. 44.] Lib. 1. de morb. popul. conſt. 1. com. 23.

IV. Aphor. 66.

Ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ὀξέσι οἱ σπασμοὶ, καὶ οἱ περὶ τὰ σπλάγχνα πόνοι ἰσχυροὶ, κακόν.

In febribus acutis convulſiones & circa viſcera dolores validi, malum.

[Illud

[Illud fit ob humorum aut vaporum malignam intemperiem, partes fibroſas muſculorum ex genere nervoſo compoſitas irritantem: Dolores verò circa viſcera fiunt ob inflammationem & ſiccitatem viſcerum vehementem. Gal. in com. 3. de diff. morb. c. 5. 1. 2. de diff. febr. c. 3. 5. aph. com. 70. Gal. lib. de rigore & convulſ. 6. aph. com. 40. 5. aphor. com. 1.] 10.

VI. Aphor. 54.

Ἐν τοῖσιν ὀξέσι πάθεσι τοῖσι μετὰ πυρετοῦ αἱ κλαυθμώδεες ἀναπνοαὶ, κακαί.

In acutis affectibus, qui cum febre ſunt, luctuoſæ ſpirationes malæ.

[Quia nervi & muſculi thoracis à nimia morbi caliditate & malignitate ſunt exiccati, unde durities, virium imbecillitas, affectiones convulſoriæ & luctuoſæ ſpirationes, quæ malæ. Gal. in com. 3. de diffic. reſp. 4. aph. com. 57. item 68. Cicero ait: Luctus fit eius interitu acerbo, qui fuerit charus.] 12.

Gal. 5. de popul. morb. p. 3. lib. 2. de rat. vict. acu. ſect. 44.

VII. Aphor. 1.

Ἐν τοῖσιν ὀξέσι νοσήμασι ψύξις ἀκροτηρίων, κακόν.

In morbis acutis frigiditas partium externarum, malum.

[Quando hoc fit abſque cauſâ manifeſtâ, vehementiſſimam alicuius viſceris inflammationem, ſanguinem ad
13. ſe tanquam pabulum trahentem, vel oppreſſionem vel extinctionem caloris nativi viriumq; dejectionem ſignificat. Gal.in com. 7. aph. com.8.26. 4. aph.48. 2.aph. com.23. aph.19. 1.artis curat.ad Glaucon. c.13. 2.de temper. 1.aph.com.2.]

Lib.prog.ſect. 4.com. 48.

III. Aphor. 29.

Τοῖσι δὲ νεανίσκοισιν αἵματος πτύσιες, φθίσιες, πυρετοὶ ὀξέες, ἐπιληψίαι, καὶ τ' ἄλλα νοσήματα, μάλιστα δὲ τὰ προειρημένα.

Iuvenibus autem ſanguinis ſpuitiones, tabes, febres acutæ, morbi comitiales, & alij morbi, ſed præcipuè prædicti accidunt.

[Quia hac ætate ſanguis gignitur copioſus, bilioſus & acris inſuperq; prava victus ratio accedit, ut & phtiſis ob venæ rupturam, febres acutę ob bilem hac ætate dominantem; Morbus comitialis ob pravam victus rationem & pituitoſum humorem copioſum. Gal. in com.7. aph com.15.& 16. 1.Epid.com. 17.&

17. & 15. 5. M. M. 2. de temper. 2. aph. com. 39. 1. aph. com. 2. 2. aph. com. 45. 3. aph. com. 27. 2. de ſympt. cauſ. 7. 5. aphor, com. 7.] l. 1. de morb. popul. part. 3. c. 1.

IV. Aphor. 23.

Ὁκόσοισιν ἐκ νουσημάτων ὀξέων, ἢ ἐκ πολυχρονίων, ἢ ἐκ τρωμάτων, ἢ ἄλλως πως λεπτυνομένοις χολὴ μέλαινα, ἢ ὁκοῖον αἷμα μέλαν ἐπέλθῃ, τῇ ὑστεραίῃ ἀποθνήσκουσι.

Quibuscunque à morbis acutis, aut diuturnis, aut à vulneribus, aut alio modo extenuatis, atra bilis aut veluti ſanguis niger ſive fæculentus exierit, poſtridie moriuntur.

[Quia ſummam virium reſolutionem, caloris nativi extinctionem, nec non humoris contumacis malignitatem morbique magnitudinem, & per conſequens affectum inſuperabilem ſignificat: Hipp. 6. de morb. popul. c. 3. 2. aph. com. 7. 28. 1. progn. com. 12.] 11.

Vide aphor. 22. 1. ſub titulo de febre tertianâ.

APHORISMI PRACTICI.

1. Viribus conſentientibus & ſanguine redundante, venæ ſectio, præcedente minorativo vel clyſtere, in principio omnibus remediis anteponenda.

2. Si adſit dolor ventriculi cum nauſeâ, provocetur vomitus.

3. Ante humoris coctionem medicamentum eradicativũ non exhibendum.

4. Sanguis bilioſus ergo refrigerandus & incraſſandus, craſſus verò attenuandus, deinde evacuandus, ſive fiat per alvũ, ſive per urinam, vel ſudorem.

5. Poſt humoris peccantis evacuationem, frictiones extremitatum &c. proſunt.

6. In laxando medicus ſit avarus; in reficiendo verò audax & largus.

7. In his febribus uſus pilularum aliorumq; medicamentorum ſiccantium vitandus.

8. Epithemata in principio & augmento febris, ante & cauſſæ & putredinis ablationem, non admovenda, imprimis actu frigida, quia naturam benè operantem impediunt, duritiem Epatis & hydropem cauſant.

9. E-

9. Epithemata refrigerantia & humectantia cordi adhibita proſunt.
10. In hac febre ſanitas reſtitui non poteſt, manente putredine. Qui ergò febrem curare vult, neceſſe eſt ut putredinem inhibeat.
11. Aër arte vel naturâ frigidus procurandus, quia nullum auxiliorum genus ad cor citius provenit aëre attracto.
12. Victus humidus omnibus febricitantibus confert.
13. Omnes fructus recentes nocent.
14. Paroxyſmi etiam febrium inveniant ventriculum vacuum, ne fiat cum cibo & paroxyſmo duellum eodem tempore.
15. Cibaria craſſa, impura & ad putredinem apta, ſunt vitanda, nec non ſtyptica, niſi in nimiâ alvi ſolutione.
16. Priſana colata & non colata hîc primas obtinent.
17. Potus ex radicibus Scorzoneræ, hordei, Glyzerizæ, Sem. melon. napi, fæniculi, paſſulis, ſale prunellæ. corn. cerv. paratus cæteris præferendus.
18. In febribus & alijs morbis acutis medicus dies criticos & decretorios ob-

ſervare debet. Nam ſi criſis per ſudorem futura eſt, quarto die apparebunt ſigna ſudoris : ſi ſeptimo die vomitus futurus, quarto die nauſea præcedet.

II. Aphor. 28.

Τῶν πυρεσσόντων, μὴ παντάπασιν ἐπιπολαίως τὸ διαμένειν, καὶ μηδὲν ἐνδιδόναι τὸ σῶμα, ἢ καὶ συντήκεσθαι μᾶλλον τοῦ κατὰ λόγον, μοχθηρόν. τὸ μὲν γὰρ μῆκος νούσου σημαίνει, τὸ δὲ ἀσθένειαν.

Corpus eorum, qui non omninò leviter febricitant, ſibi conſtare & nihil comminui, aut etiam plus quàm ratio poſtulat extenuari, malum: Illud enim longitudinem morbi, hoc verò imbecillitatem virium ſignificat.

[Quia corporis conſtantia in febre, corporis denſitatem & frigidorum humorum contumaciam & copiam arguit: Extenuatio verò plusquam ratio poſtulat humorum tenuitatem, malignitatem, nec non corporis raritatem, viriumque imbecillitatem (nihil enim in morbis pejus eſt, quàm virium lapſus) ſignificat. Gal. in com. 1. de differ. febr. 1.3. de criſ. c.4. 1. aphor. com. 3.6. Epidem.]

III.

III. Aphor. 16.

Νοσήματα δὲ ἐν μὲν τῇσιν ἐπομβρίῃσιν ὡς τὰ πολλὰ γίνεται πυρετοί τε μακροὶ, καὶ κοιλίης ῥύσιες, καὶ σηπεδόνες, καὶ ἐπίληπτοι, καὶ ἀπόπληκτοι, καὶ κυνάγχαι. ἐν δὲ τοῖσιν αὐχμοῖσι φθινώδεες, ὀφθαλμίαι, ἀρθρίτιδες, στραγγουρίαι, καὶ δυσεντερίαι.

Morbi in pluviarum multitudine magnâ ex parte fiunt, febres longæ, alvi fluxiones, putredines, comitiales morbi, apoplexiæ & anginæ, Per ſiccitates verò morbi tabifici, ophtalmiæ, articulorum dolores, ſtillicidia urinæ & dyſenteriæ.

[Quia tempore pluviarum calor debilis, tranſpiratio impedita, crudi humores multiplicantur: qui quando putreſcunt, febres longæ, alvi profluvia, epilepſiæ, apoplexiæ & alij morbi fiunt. In ſiccâ verò conſtitutione ſanguis fit fervidior, ſiccior, acrior, ad mutationem ineptus: hinc caput vaporibus calidis repletur, qui quando reſolvuntur, ad oculos, pulmones, articulos, ureteres & inteſtina mittuntur: Unde morbi, quorum in aphoriſmo fit mentio. Gal. in com.1.Epid.c.2. 2.aph.com.c. 23. 3. aph.com.11. 4.de loc.aff.c.2.&7.6.aph. com.

com.2. 3.aph.com.22.l.2.art.medic. 7.aph.com.16.5.aph.com.24.lib.10.de comp.medic.ſec.1.de arthrit.5.aph. com.58. 7.aph.com.49.]

III. Aphor.27.

Τοῖσι δ' ἐπὶ πρεσβυτέροισι, καὶ πρὸς τὴν ἥβην προσάγουσι, τουτέων τε τὰ πολλὰ, καὶ πυρετοὶ χρόνιοι μᾶλλον, καὶ ἐκ ῥινῶν αἱματος ῥύσιες.

Grandioribus & ad pubertatem accedentibus ſuperiorum etiam morborum multi accidunt, & febres diuturnæ magis & ſanguinis è naribus profluvia.

[Hoc fit ob temperaturæ ſimilitudinem, nec non ſanguinis aliorumq; humorum imprimis bilioſorum craſſitiem & multitudinem, caloriſque nativi abundantiam. Gal.in com.14. de uſu part.c.19. 5.aph.com.9.3.art.med. 11.de uſu part.c.14. 2.de criſ.1.de differ.febr. 2.aph.com.23. 3.progn.14.] 1.progn.29.1.de arte med.l.de temperam.

IV. Aphor.36.

Ἱδρῶτες πυρεταίνουσιν ἢν ἄρξωνται, ἀγαθοὶ τριταῖοι καὶ πεμπταῖοι, καὶ ἑβδομαῖοι, καὶ ἐνναταῖοι,

ταῖοι, καὶ ἐνδεκαταῖοι, καὶ τεσσαρεσκαιδεκαταῖοι, καὶ ἑπτακαιδεκαταῖοι, καὶ μίη καὶ εἰκοστὴ, καὶ ἑβδόμη καὶ εἰκοστὴ, καὶ τριακοστὴ πρώτη, καὶ τριακοστὴ τετάρτη. Οὗτοι γὰρ οἱ ἱδρῶτες νούσους κρίνουσιν, οἱ δὲ μὴ οὕτως γινόμενοι, πόνον σημαίνουσι, καὶ μῆκος νούσου, καὶ ὑποτροπιασμόν.

Suaores febricitantibus boni ſi manare cœperint die tertio. 5. 7. 9. 11. 14. 17. 21. 27. 31. & 34. hi enim ſudores morbos judicant. (A) Qui verò ſecus fiunt, laborem ſignificant & longitudinem morbi & recidivam. (B)

[Diebus enim imparibus ſive criticis motis humoribus fiunt: imprimis verò (ſudores ſc.) morbos judicant, ſi ex toto corpore procedunt. (B) Diebus enim non criticis eveniunt, & natura his diebus nihil movere, ſed quieſcere ſolet, & quando quid movet, hoc facit in perniciem ægri. Loquitur autem hic aphoriſmus de morbis acutis bilioſis, non de phlegmaticis, qui plerumque 34. diem excedunt, & raró per ſudores, crebrius per coctionem & abſceſſus judicantur: Gal. in com. 2. progn. c. 56. 1. Epid. c. 46. 1. de criſ. c. 7. 3. de criſ. 3. 1. aph. com. 12. 2. progn. c. 54. 3. aph. com. 14. 2. de die-

diebus decret. c. 5. 19. 2. de criſ. 1. 3. de criſ. c. 1. & 27. 2. aph. com. 13. 1. progn. com. 22. 29. 4. aph. com. 36. & 56. 1. Epid. 15. & 27.] Lib. 3. de morb. popul. par. 3.

IV. Aphor. 44.

Ὁκόσοισι πυρετοὶ μακροὶ, τούτοισιν ἢ φύματα * ἐς τὰ ἄρθρα, ἢ πόνοι γίνονται.

* ἢ εἰς ἄρθρα πόνοι.

Quibus febres longæ, ijs tubercula, vel dolores in articulis fiunt.

[Quia in longis febribus humores febres efficientes, non ſunt tenues, calidi, ut in acutis; ſed craſſi, multi, frigidi, & longum tempus ad coctionem exigũt: ideoque abſceſſus maximâ ex parte in articulis, quando ad humores excipiendos parati ſunt, (ut ſupra dictum) fiunt, ſi inflammatio non vexaverit partem. Gal in com. 2. de natur. fac. 2. aph. com. 19. 6. de morb. popul. com. 13. 4. aphor. com. 31. 3. progn. 23. 4. aph. 74.]

IV. Aphor. 45.

Ὁκόσοισι * φύματα ἐς τὰ ἄρθρα, ἢ πόνοι ἐκ πυρετῶν μακρῶν γίνονται, οὗτοι σιτίοισι πλείοσι χρέονται.

* alij; φύματα, ἢ πόνοι ἐς τὰ ἄρθρα.

Quibus tubercula ad articulos, vel dolores

res fiunt, poſt febres longas, ij pluribus cibis utuntur.

[Quando febricitantes poſt longas febres perfectè judicatas ſupra modum cibos multos & copioſos ingerunt, eosque ob ventriculi imbecillitatem concoquere non poſſunt, neceſſarium eſt, ut multa excrementa cruda coacerventur, quæ ſi ad cutem protruduntur, tubercula; ſi ad articulos, dolores excitant. Gal. in com. 4. aphor. com. 32. 58. 1. de differ. febrium. 11. 4. aph. com. 33.]

IV. Aphor. 51.

Ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἀποστήματα μὴ λυόμενα πρὸς τὰς πρώτας κρίσιας, μῆκος νούσου σημαίνει.

In febribus abſceſſus, qui in primis judicationibus morbum non ſolvunt, eius longitudinem ſignificant.

[Hoc fit vel ob naturæ imbecillitatem, quæ materiæ morbificæ coquendæ impar eſt, vel ob ejus copiam, aut qualitatem nimiam cōtumacem. Morbi ergò ſunt longi, ſi ægrum abſceſſus non liberant. Hipp. 2. Epid. Gal. in com. lib.

lib.de tumor.c.2. 2.art. curat. ad Glauc. c.7. 2. progn. c. 57.1. de criſib. 2. aphor. com.23 3.aph.com 28.1 progn. c. 28. 4. aph.com.44. 2.aph.com.19.]

3. Prog. 24.

IV. Aphor. 53.

Ὁκόσοισι ἐπὶ τῶν ὀδόντων ἐν τοῖσι πυρετοῖσι περιγλίσχρα γίνεται, ἰσχυρότεροι γίνονται οἱ πυρετοί.

Quibus in febribus circa dentes quidam lentores ſeu mucores naſcuntur, ijs vehementiores fiunt febres.

[Significat enim viſcoſorum humorum in venis reliquoque corpore accenſorum magnam copiam, & quando vapores copioſi in os elevantur; dentibus ob caloris vehementiam firmiter annaſcuntur: ideoque febres tales ab ejusmodi materiâ genitæ, plerumque ſunt fortes ac periculoſæ, uti in febribus malignis, nimirum lue Ungaricâ feb. petechiali &c. obſervamus. Gal. in com. Hipp. 4. Epid. Hipp. 1. de rat. vict. 7. aph. com. 13 2. de facult. natur. c. 9. 1. de facult. ſimpl. med. c. 32. Hipp. 1. de morbis. 11.]

V. Aphor. 65.

Γάλα διδόναι κεφαλαλγέουσι καὶ πυρεταίνουσι κακόν, καὶ οἷσιν ὑποχόνδρια μετέωρα διαβορ-

βορβορίζονται, καὶ τοῖσι διψώδεσι· κακὸν δὲ καὶ οἷσι χολώδεες αἱ ὑποχωρήσιες ἐν ὀξέσι πυρετοῖσιν ἐοῦσι· καὶ οἷσιν ἂν αἵματος πολλοῦ διαχώρησις γέγονεν· ἁρμόζει δὲ φθινώδεσι, μὴ λίαν πολλῷ πυρέσσουσι διδόναι, καὶ ἐν πυρετοῖσι μακροῖσι, * βληχροῖσι μηδενὸς τῶν προειρημένων σημείων παρεόντος, παρὰ λόγον δὲ ἐκτετηκόσι. * βηχώδεσι.

Lac dare caput dolentibus & febricitantibus malum, & quibus hypochondria ſuſpenſa ſubmurmurant, ac ſiticuloſis: malum item, quibus bilioſæ dejectiones, febres acutæ & quibus ſanguinis multa dejectio facta eſt. Commodum autem eſt tabidis non valdè multum febricitantibus & in febribus longis & debilibus, ſi nullum prædictorum ſignorum præſens fuerit, præter rationem tamen extenuatis.

[Lac caput dolentibus & ventriculum debilem habentibus nocet, quia facilè corrumpitur, nec non dolores ob vapores aſcendentes excitat. Febricitantibus & phtiſicis caprinum bonum: illis, quia frigidum & humidum; ſi bilis copia non adſit his, quia ulcus in pulmone benè abſtergit, conglutinat & nutrit. Si non valdè multum

D febri-

febricitant. Hecticis ergo non nocet, ſed prodeſt. Galen. in com. 5. de ſanit. tuenda. 4. aphor. comm. 70. & 73. 2. art. med. 3. de facult. aliment. c. 16. lib. de cibis boni & mali ſucci, lib. de ſimpl. medic. c. 14. 19. & 32. 2. aph. c. 35. 1. progn. com. 30. 4. aph. com. 73. 2. progn. com. 25. 5. aph. com. 40. lib. de tabe, 5. M. M. c. 12. 4. de vict. acut. 7.]

VII. Aphor. 31.

Ὁκόσοισι πυρέσσουσιν ἐν τοῖσιν οὔροισι κριμνώδεες αἱ ὑποστάσιες γίνονται, μακρὴν τὴν ἀῤῥωστίην σημαίνουσιν.

Quibus febricitantibus ſedimina craſſiorem farinam referentia in urinis ſunt, diuturnum morbum fore ſignificant.

[Quia in febribus hujusmodi ſedimina crudos craſſos humores tenuibus mixtos & coctioni rebelles ſignificant, qui tamen à naturâ robuſtâ tandem per renes & veſicam expurgantur, & non niſi longiori tempore concoquuntur, ideoq; in febribus non acutis morbi longitudinem denotant: quia materia morbi copioſa & à naturâ tam citò vinci (ut dictum) non poteſt. Hipp. 2. progn. 28. Gal. in com. 3. Epid. 2. progn. com. 28.]

Vide aph.	22	ſect.	1	ſub tit. de febr.	tertianâ.
	25		2		quartanâ.
	14		3		acutâ.
	23		4		acutâ.

APHORISMI PRACTICI.

1. In longis febribus, vel alijs morbis longis evacuatio ſæpè repetenda. Semper tamen à levioribus eſt incipiendum, & ad fortiora procedendum.

2. Medicamenta etiam non ſolùm interdum intermittenda, ne natura obruatur: Verùm etiam mutanda, ne natura iis aſſueſcat, ab aſſuetis enim nulla fit paſſio.

3. Quando febres producuntur ad duos vel tres menſes, proſunt trochiſci de Rhabarbaro, de Eupator. de abſinth. ſpec. dialaccę, diacurcumæ, ne cachexia aut hydrops, ob epatis concoctricis debilitatem, oboriatur.

DE FEBRE CONTINUA, id eſt ſynochâ ſine putredine & ſynochâ putri.

Digitized by Google

IV. Aphor. 46.

Ἢν ῥῖγος ἐπιπίπτῃ πυρετῷ μὴ διαλείποντι, ἤδη ἀσθενεῖ ἐόντι, θανάσιμον.

Si rigor incidat febre non intermittente, ægro jam debili, lethale eſt.

[Quia eſt ultimus conatus naturæ & ſignificat eandem victam eſſe à morbo, i.e. naturam languidam cauſſam morbi quidem commovere, ipſam tamen non evacuare. Gal. in com. lib. de rigore c. 6. 5. aph. com. 1. aphor. com. 24. 25.]

IV. Aphor. 47.

Αἱ ἀποχρέμψιες αἱ ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τοῖσι μὴ διαλείπουσιν, αἱ πελιδναὶ, καὶ αἱματώδεες, καὶ δυσώδεες, καὶ χολώδεες, πᾶσαι κακαί. ἀποχωρέουσαι δὲ καλῶς, ἀγαθαὶ, καὶ κατὰ τὰς διαχωρήσιας, καὶ κατὰ τὰ οὖρα. ἢν δὲ μήτι τῶν συμφερόντων ἐκκρίνηται διὰ τῶν τόπων τούτων, κακόν.

Excretiones ſputi in febribus non intermittentibus lividæ, cruentæ, fætidæ & bilioſæ, omnes malæ: Si verò rectè prodierint, bonæ; Sicuti etiam quæ per alvum & urinas excernuntur: Si quid verò quod non juvet per hæc loca excernitur, malum.

[In febribus continuis lividæ excre-

tio-

tiones pulmonum mortificationem; cruentæ viſcerum eroſionem, ruptionem aut apertionem; fætidæ corruptionem; bilioſæ bilem & perniciem imprimis cum virium dejectione ſignificant. Sunt enim non criticæ, ſed ſymptomaticæ. Quando verò æger ejusmodi excernit per os, ſeceſſum, aut urinam, & quidem cum notis coctionis, virium conſtantiâ & alleviatione, bonæ ſunt: naturam enim robuſtam, materiam obedientem & viſcera ſana eſſe arguunt. Gal. in com. 1. aphor. com. 21. 5. aphor. com. 17. 20. 23. 1. de morb. vulg. com. 2. 1. progn. 15. 4. aphor. com. 21. 2. progn. com. 3. 7. aphor. 15. 16. 2. aph. 14. 1. de criſ. 7. 3. aph. com. 26. 2. progn. 46. 1. progn. 25. 3. de criſ. 3. 2. de dieb. decret. 11. 1. aphor. com. 12. 4. aph. com. 2. 1. aph. com. 2. & 23.]

IV. Aphor. 48.

Ἐν τοῖσιν μὴ διαλείπουσι πυρετοῖσιν, ἢν τὰ μὲν ἔξω ψυχρὰ ᾖ, τὰ δὲ ἔνδον καίηται, καὶ δίψαν ἔχῃ, θανάσιμον.

In febribus non intermittentibus, ſi exteriora frigida fuerint, interiora vero u-

rantur & ſitim habeant, lethale eſt.

[Hoc fit, quando calor ad ſui paucitatem revocatur vel opprimitur à copiâ, malignitate & frigore humorum: vel fit ob viſceris alicujus grandem inflammationem, quæ calorem attrahit, unde exteriora frigent, interiora calent: ut plærunque fieri ſolet in febre Lipyria, ubi interiora viſcera calent; in externis verò frigus ſentitur. Gal. in com. 1. de differ. febr. 1. 1. de rat. vict. in febr. ac. 18. 1. de morb. vulg. 8. 4. aphor. com. 43. 1. ſimpl. medic. c. 32. 2. de facult. natur. c. 9.] 7. aph. 1. 4. prog. l. 2. l. 3. de articul.

2. De differ. febr. c. 7.

IV. Aphor. 49.

Ἐν μὴ διαλείπουσι πυρετῷ ἢν χεῖλος, ἢ τὸ βλέφαρον, ἢ ὀφρὺς, ἢ ὀφθαλμὸς, ἢ ῥὶς διαστραφῇ, ἢν μὴ βλέπῃ, ἢν μὴ ἀκούῃ, ἤδη ἀσθενέος ἐόντος τοῦ σώματος, ὅτι ἂν τουτέων γένηται, ἐγγὺς ὁ θάνατος.

In non intermittente febre, ſi labium, aut palpebra, aut ſupercilium, aut oculus, aut naſus pervertatur, ſi non videat, nec audiat, debili jam exiſtente corpore, quicquid horum acciderit, in propinquo mors eſt.

[Ejus-

[Ejusmodi diſtorſiones à muſculis, & non à venis fiunt, quia muſculi ſunt motus ſpontanei organa, nervus tamen cauſam convulſionis fibroſis muſculorum partibus communicare poteſt. Hæc autem ubi accidunt, ſimulq; ſenſus aufertur, & corpus debile exiſtit, omnem facultatem extinctam & planè ſuperatam, atq; per conſequens mortem in propinquo eſſe ſignificant. Gal in com.3.Epid.com.23.4.aph. com.28.1.progn.8.&15.3.progn.com. 3. Gal. de apt. ſect. ad Thraſib. 2. aph. com.6.5. aph. com.1. & 22.6.aph.com. 54.1.progn 15.]

IV. Aphor. 50.

Ὅκου ἐν τῷ πυρετῷ μὴ διαλείποντι δύσπνοια γίνεται καὶ παραφροσύνη, θανάσιμον.

Quando in febre non intermittente difficultas ſpirandi & delirium accidit, lethale eſt.

[Quia cerebri partiumque reſpirationi inſervientium, cordis nimirum, pulmonum, diaphragmatis inflammationem, nec non virium dejectionem

ſummam denotant:& durantibus, imprimis in febre continuâ, ſymptomatibus, mors tandem ſequitur. Gal. in com. 5. de loc. aff. 1. 2. de decr. Hipp.& Plat. 3. de præſag. ex pulſ. c. 4. 1. progn. c. 26. 4. de loc. affect. 8. Celſ. lib. 2.] 6. de morb. popul. p. 2. lib. 2. de diff. reſpirat.

Lib. 3 de morb. popul. p. 3.

IV. Aphor. 56.

Πυρέσσοντι ἱδρὼς ἐπιγινόμενος, μὴ ἐκλείποντος τοῦ πυρετοῦ, κακόν: μηκύνει γὰρ ἡ νόσος, καὶ ὑγρασίαν πλείω σημαίνει.

Febricitanti ſudor ſuperveniens, non deficiente febre, malum: prorogatur enim morbus, & humiditatem multam ſignificat.

[Quando ſudor crebrò accidit & febrem non ſolvit, ſignificat naturam, materiam tenuem quæ in ſuperficie corporis expurgare: Craſſiorem verò & copioſam, incoctam & contumacem, ſuperſtitem manere: Hinc febris quidem mitior interdum redditur, at non ſolvitur, ſed prorogatur; imò mortem etiam portendit, imprimis quando cum ſummâ virium imbecillitate copioſus: quia inchoatam vacuatio-

tionem non poteſt complere. Sudor verò qui ſponte prodit, & quidem die judicatorio, febrem ſolvit: Eſt enim criticus & non ſymptomaticus, ideoq; bonus. Gal. in com. 4. aph. 42. 3. de ſympt. cauſ. 2.] *Hipp. 1. progn. 2. progn. 23.*

Vide aph. {22, 21, 43} ſectionis {1, 3, 4} ſub titulo de febre tertianâ.

APHORISMI
PRACTICI.

1. In principio Enema vel vomitorium, ſi materia peccans in ventriculo hæreat, vel minorans medicamentum ordinandum, ut alvus & primæ viæ evacuentur.

2. Vena aperienda, non ſolùm refrigerationis gratiâ, verum etiam ut ſanguinis bilioſi quantitas, quæ in ramis venæ cavæ continetur, evacuetur, & quod reliquum eſt, eò facilius vinci & coqui poſſit.

3. Medicamenta ſint frigida & humida, vi abſtergendi prædita, non calida.

4. Quando materia peccans copioſa, natura robuſta præparanda, deinde e-

vacuanda, ut calor febrilis mitigetur.

5. Alterantia quod attinet, conveniunt humectantia & refrigerantia, quæ ſimul putredini reſiſtunt, & viſcera corroborant. Ut Syr. Acetoſ. Citr. Granat. de limonibus, de ſucco acetoſ. aceto ſellæ &c. Et licet lenem vim habeant aſtringendi, ea tamen ſaccharo corrigitur, imò plus proſunt quàm nocent: nam non ſolùm leviter aſtringunt, verùm etiam refrigerant, exiccant, incidunt, & malignitati reſiſtunt.

6. Oxymelitis & mulſæ uſum in ſynochis putridis ego cum alijs medicis valdè commendo.

7. Ad calorem febrilem temperandum proſunt varia topica, ut Epithemata, olea, unguenta, verùm actu frigida non applicanda, ne pori occludantur & calor verſus interiora repellatur, & collectus magis urat, imò clauſis poris vis topicorum medicamentorum minùs ad interiora penetrat, atque ſic magis nocent, quàm proſunt.

8. Ideoque cutis rarefactio facta fricatione aut ſimilibus plurimum juvat

vat poſt humoris peccantis evacuationem.

9. In febribus autem periodicis imprimis in vigore paroxyſmi temperatè frigida, ubi calor per totum corpus expanſus, applicanda non nocent. His enim calor, qui circa viſcera, ut cor, epar eſt, facilè extinguitur.

10. Ingruente autem paroxyſmo non applicanda frigida (ut nonnulli fecerunt) valdè enim nocent, imò mortem cauſſare poſſunt, exemplum niſi eſſet odioſum, hîc recens recitare poſſem, cordi tamen tepida applicata non nocent.

11. Victus rationem quod attinet, ubi vires validæ, ſit tenuis, modò habeat vim refrigerandi & humectandi, potus ſit decoctum hordei cum Rad. Scorz. corn. cerv. ſem. fæniculi, napi, paſſul: &c. Cerevìſia hordeacea benè defęcata.

De Tert. Cont. nothâ.

1. In tertianâ continuâ nothâ, ſanguis præmiſſis præmittendis, licet plethora adſit, parcius mittendus.

2. De-

2. Deinde humor pituitoſus præparandus, præparatus evacuandus, & viſcera corroboranda.

3. Cibus ſit boni ſucci, facilis digeſtionis.

4. Potus ſit vinum album Neccarinum, & cerevifia hordeacea benè defæcata.

5. Somnus poſt cænam valdè prodeſt, vigiliæ verò noxiæ ſunt.

6. Alvus ſit laxa.

7. Animi affectus ſint moderati.

DE FEBRE INTERMITTENTE.

I. Aphor. 11.

Ἐν δὲ τοῖσι παροξυσμοῖσιν ὑποστέλλεσθαι χρή, τὸ προστιθέναι γὰρ * βλάβη. Καὶ ὁκόσα κατὰ περιόδους παροξύνεται, ἐν τοῖσι παροξυσμοῖσιν ὑποστέλλεσθαι χρή.

* βλάπτει.

In acceßionibus ſubtrahere cibum oportet, nam apponere noxa eſt, & qui morbi per circuitus acceßiones habent, in ipſis acceſſionibus ſubtrahere oportet.

[In acceſſionibus ſive paroxyſmis abſtinendum à cibo (modò vires permit-

mittant)corrumpitur enim non ſolum cibus vel alimentum, ſed etiam natura diſtrahitur à pugnâ, unde augetur putredo,& per conſequens febris: Morbi enim causâ adauctâ morbum creſcere certum eſt. Gal. in com. Hipp. 4. de vict. acut. 39. Celſus lib. 3. c. 5. Gal. 10. M.M. 5. & 11. 1. de criſ. c. 2. 3. 4. 1. de rat. vict. com. 46. 4. aphor. com. 45. 7. aph. com. 1. 2. de diff. febr. c. 11. 1. aph. c. 12. 9. M.M. c. 12. & 13. 1. de rat. vict. com. 46. 4. aph. 44.] Gal. lib. 10. M.M.

Lib. de temporibus morbi.

I. Aphor. 12.

Τοὺς δὲ παροξυσμοὺς καὶ τὰς καταστάσιας δηλώσουσιν αἱ νοῦσοι, καὶ αἱ ὧραι τοῦ ἔτεος, καὶ αἱ τῶν περιόδων πρὸς ἀλλήλας ἀνταποδόσιες, ἤν τε καθ' ἡμέρην, ἤν τε παρ' ἡμέρην, ἤν τε καὶ διὰ πλείονος χρόνου γίγνωνται. ἀτὰρ καὶ τοῖσιν ἐπιφαινομένοισιν, τεκμαίρεσθαι χρὴ οἷον ἐν πλευριτικοῖσι πτύελον, ἢν αὐτίκα ἐπιφαίνηται ἀρχομένου, βραχύνει, ἢν δ' ὕστερον ἐπιφαίνηται, μηκύνει. καὶ οὖρα, καὶ ὑποχωρήματα, καὶ ἱδρῶτες, καὶ εὔκριτα, καὶ δύσκριτα, καὶ βραχέα, καὶ μακρὰ τὰ νοσήματα, ἐπιφαινόμενα δηλοῖ.

Acceſ-

Acceſsiones verò & conſtitutiones morborum indicant, tùm morbi ipſi, tùm tempora anni, tùm circuituum inter ſe collata incrementa, ſive quotidiè, ſive alternis diebus, ſive majori intervallo fiant. Sed & ex his quæ poſtea apparent indicia ſumuntur, veluti in pleuriticis ſputum, ſi ſtatim initio appareat, producit: quin etiam urinæ, fæces alvi, ſudores, cum ſuperveniunt, & judicatu faciles aut difficiles, breves aut longos morbos fore demonſtrant.

[Quatuor ſunt, quæ morbi κατάστασιν ſive conſtitutionem futurique paroxysmi tempus indicant. I. Morbi genus, ut morbi acuti, calidi & bilioſi celerius ſua tempora abſolvunt, quàm pituitoſi vel melancholici: Paroxysmi etiam morbi bilioſi ſive febris tertianæ tertio quoque die; pituitoſi verò quotidie; melancholici morbi, ſive quartanæ febres, quarto die recurrunt. II. Anni tempora, ut æſtivo tempore bilioſi; hyberno tempore pituitoſi morbi magis graſſantur; & illi citius, hi verò tardius diſcutiuntur: hinc quartanæ æſtivæ breves, autumnales longæ &c. III. Paroxysmorum ſibi invicem ſucceden-

ceden-

Digitized by Google

cedentium collatio & viciſſitudo ſeu reciprocatio, quæ in tribus conſiſtit 1. num paroxyſmus anticipet, vel poſtponat? 2. an ſint longi, vel breves? 3. num ſint magni, vel vehementes? Ut ſi ſecundus paroxyſmus primo ſit fortior, citiùs invaſurum, & morbi augmentum ſignificat: Si verò ſecundus primo ſit æqualis, & tertius ſecundo, in principio morbum & ad ſtatum tardè venturum eſſe, ſignificat. IV. τὰ ἐπιφαινόμενα, apparentia, quæ ſuperveniunt morbis longis: Deinde κρίσιμα, quæ certamen morbi & naturæ, ſi circa ſtatum & antegreſſis ſignis coctionis ſuperveniant, oſtendunt. Item πεπτικὰ, quæ morbi ſecuritatem & brevitatem oſtendunt. Ut ſi in pleuriſi ſputum in principio appareat rubeũ, morbi brevitatem, quia ſigna coctionis adſunt, ſignificat: Sin multò poſt appareat, longitudinẽ ejusdem, recidivam, nec non periculoſa ſymptomata denotat. Ultimò quemadmodum in affectibus pectoris ſigna coctionis ſumuntur à ſputo: Ita quoque in reliquis viſcerum vel partium corporis affectibus ſumuntur

ſigna

Digitized by Google

ſigna coctionis ab excrementis primæ, ſecundæ & tertiæ coctionis &c. Gal. in com. 3 art. medic. lib. de experim. 1. de cauſ. pulſ. c. 2. 1. aph. com. 9. 11. 1. de rat. vict. acut. com. 46. lib. 1. & 2. de morb. popul. 1. & 3. aph. 1. 2. de facult. nat. c. 8. 1. aph. com. 17. 4. aphor. com. 63. 1. de morb. vulg. com. 23. 1. de diff. febr. c. 5.] Lib. 1. de criſibus 5.

I. Aphor. 19.

Τοῖσιν ἐν τῇσι περιόδοισι παροξυνομένοισι, μηδὲν διδόναι μηδ' ἀναγκάζειν, ἀλλ' ἀφαιρέειν τῶν προσθεσίων πρὸ τῶν κρισίων.

His quibus per circuitus acceßiones fiunt, nihil dare nec cogere, ſed adiectioni ante iudicationes ſubtrahere oportet.

[Ne naturam impediamus, vel vehementius irritemus: natura enim tunc temporis circa materiam morbi occupata eſt, hinc cibum exhibitum inconcoctum relinquit & corrumpit, ut ſupra dictum. Gal. in com. 1. de morb. vulg. com. 3. 2. de differ. febr. 11. 12. 1. aph. 9. & 11. 9. M. M. 12. & 13.]

IV. Aphor. 30.

Ὁκόσοισι παροξυσμοὶ γίνονται, ἣν ἂν ὥρην ἀφῇ

ἀφῇ ὁ πυρετὸς, εἰς τὴν αὔριον τὴν αὐτὴν ὥρην ἢν λάβῃ, δύσκριτα.

Quibuscunque acceſsiones fiunt, ſi febris, qua horâ dimiſerit, eâdem poſtero die invaſerit, iis difficile judicium.

[Quia cauſa febris, in primis vijs putreſcens, eſt fixa, multa, craſſa & frigida, quæ concoctu & excretu difficilis, febris ergo in longum tempus durat. Gal. in com. 1. de criſ. c. 2. 2. de diff. febr. c. 11. 1. aph. 12. libr. de morb. tempor. 1. aph. 11. 12. 2. de criſibus.]

Vide aph.	22	ſect.	1	ſub tit. de febr.	tertianâ.
	43		4		
	59		4		quotidianâ.
	63		4		

APHORISMI PRACTICI.

1. In hac febre, die paroxyſmi neque digerere, neque purgare oportet. Vomitus tamen non noceret.

2. In principio ſi venam ſecas, ex intermittente continua febris fit: Semper enim purgans medicamentum venæ ſectionem præcedere debet.

3. In fine paroxyſmi ſomnus & ſudor non nocent.

4. In intermittentibus febribus, imprimis tertianis, ſudoris provocatio plerumq; ſalubrior, quàm urinæ: Contrarium autem fit in febribus continuis, exceptis malignis & peſtilentialibus.

DE FEBRE HECTICA.

APHORISMI PRACTICI.

1. Curatio huius febris conſiſtit in humectando & refrigerando.

2. Humectantia autem talia eligenda, quæ non intensè calefaciunt, & refrigerantia, quæ non valdè exiccant.

3. Humectantia tamen ſemper tutiora & utiliora, quam refrigerantia, quia illa lentè & tardè operationes exequuntur, hæc calorem nativum, imprimis in corpore extenuato, citò extinguunt.

4. Verùm ſciendum, corpus non ſolùm medicamentis, ſed etiam diætâ humectandum & refrigerandum, quorum medicamentorum apud autores paſſim plurima habentur.

5. In ſummâ: Febris hujus curatio ſimilis

milis eſt curationi ſiccam ventriculi intemperiem habentium.

6. Magna remedia in hac febri ſimplici non multum proſunt, quia per ſe vitio humoris caret. Si verò putridis complicetur febribus, non negligenda.

7. Inter externa medicamenta, commendatur balneum aquæ dulcis, in aquâ autem coqui poſſunt herb. ſeqq. ut Malva, violaria, branca urſ. fol. ſalicis, papaveris, flor. Nymph. Chamomill. pedes & caput vervecinum, meſenterium vitulinum &c.

8. Balneum etiam ex lacte paratum non nocet.

9. Poſt balneum corpus ol. viol. amygd. Nymph. roſ. &c. inungatur, imprimis ſpina dorſi, ut pori claudantur & humiditates extrorſum non effluant, ſed retineantur ad refrigerandum, humectandum, & nutriendum membra.

10. Includantur flor. Roſ. papav. Camphor. pulv. rad. Mandragoræ nodulo, qui humectetur aq. roſ. papav. & olfactetur.

11. Emplaſtra refrigerantia pectori

& partibus vicinis applicentur.

12. Diætam quod attinet, ſit cibus refrigerans & humectans (ut ſupra dictum) facilis coctionis, boni ſucci, ut ptiſana hordeacea, ova recentia, pulli gallinacei, caro hædina.

13. Prodeſt etiam lac humanum, aſininum, caprinum, vaccinum, ſed eligatur optimum, & videndum ne coagulecur, ideoque addendum aliquid ſacchari.

14. Multi commendant cochleas, cancros & ranas virides, ex quibus cum ptiſana hordeacea parant jura reſtaurativa, item morſulos &c.

15. Alij laudant deſtillatum ex carne Gallinæ, Caponis, vitulinâ, vel bovinâ paratum.

16. Cibi ſint potius liquidi quàm craſſi, in minimâ copiâ, ſed ſæpius exhibendi.

17. Potus ſit cereviſia benè defæcata, vinũ non niſi aquoſum concedi poteſt.

18. Quies, ſomnus, tranquillitas & præſervatio à fame, mærore, irâ, in hecticorum curatione juvant.

19. Lectus, ſi haberi poteſt, ſit prope decurſus aquarum. 20. Non

20. Non ſit ex plumis culcitra, niſi fortè interponeretur ſtragulum ex corio.

21. Si hæc febris pendeat à putridâ febri, vel ad viſceris alicujus inflammationem, aut ulcus ſequatur; Inflammatio cum ulcere, vel febris putrida, tanquam hecticæ cauſa, medicamentis idoneis prius tollenda; ita tamen ne hecticam negligamus, vel augeamus.

22. Signa ergò diligenter perpendenda, deinde materia præparanda, obſtructiones aperiendæ & humores putridi evacuandi & medicamentis ſemper aliquid addendum, quod hecticam reſpiciat.

23. Purgantia non ſint fortia, ſed leniora.

24. Epithemata refrigerantia, humectantia cordi, pulſibus &c. applicanda, ut dictum.

DE PESTE. APHORISMI PRACTICI.

1. Hippocrates 1. progn. ut Ethnicus docet, in omnibus morbis divinū

quid eſſe, ſi hoc verum eſt, ut eſt, certè in hoc morbo divinum quippiam reperitur. Ideoque in principio ad divina auxilia recurrendum; nimirum DEUS invocandus, qui omnium hominum languores ſanat; precibus inſiſtendum & ſic facilè ipſe qui exorabilis eſt, & facilis ad miſericordiam, placabitur.

2. Peſtis autem eſt morbus totius ſubſtantiæ, quia materia ejus maligna venenata & perniciosiſſima, quæ primò & principaliter, occultâ qualitate, interdum etiam abſque putredine, & febre cor lædit; ſpiritus occulto modo diſſipat, calorem nativum corrumpit & humores inquinat, atque ſic varia, ratione humorum, partium corporis, & veneni, ſymptomata periculoſiſſima, imò mortem cauſſat.

3. Hinc ſequitur, naturam & eſſentiam peſtis à priori definiri & explicari non poſſe; ſed eſſe *τὸ θεῖον*, ut Hipp. docet: Vel quæ, ut Fernelius ait, cæcis ex cauſſis totam ſubſtantiam oppugnat, iis ergo medicamentis curanda, quæ totâ ſubſtantiâ morbum fugant, ut ſunt alexipharmaca.

4. Cu-

4. Curationi præmittitur præſervatio.

5. Præſervandi ratio conſiſtit in duobus; 1. ut cauſam peſtis removeamus & vitemus. 2. ut vim cauſſarum peſtem inducentium infringamus, & corpora ad reſiſtendum fortia reddamus.

6. Præſervandus itaq; à Peſte, aërem corruptum, item cõmercia cum peſte infectis vitare debet: non enim moritur in bello, qui non eſt in illo, ſi autem opus ſit in loco infecto manere, locus debito modo purgandus.

7. Domus etiam, plateæ, ab omnibus ſuperfluitatibus & ſordibus, quæ fœtorem generant, ſint puræ & mundæ.

8. Suffitus ex rebus odoratis ſingulis diebus manè & veſperi in domibus & plateis excitentur & diligenter repetantur.

9. Purus aër etiam redditur, quando ſub veſperam & auroram tormenta bellica diſploduntur. Hiſpani ſolent tempore peſtis boves, ut nonnulli ſcribunt, catervatim in urbem introducere, ut aër mundificetur.

10. Corpus ab omnibus excrementis liberum eſſe debet.

11. Præſcribenda itaq; purgantia, quæ ſuperfluitates à membris principalibus educunt.

12. Ubi plethora, venæſectio non intermittenda.

13. Alexipharmacis etiam quotidiè utendum, ut corpus non ſolùm veneno peſtilentiali reſiſtere poſſit; verùm etiam ut ſi fortaſſis inficiatur, eò facilius ad ſanitatem reducatur.

14. Manè, antequam quis domo egrediatur, aliquid de cibo vel alexipharmaco aliquo ſumat.

15. Quilibet tempore peſtis exactam victus rationem obſervare debet, & non plus cibi & potus ingerendum, quàm natura deſiderat, ne calor nativus obruatur, copia excrementorum cumuletur, obſtructiones viſcerum cauſſentur, & ſic corpus ad peſtem diſpoſitum reddatur.

16. Cibi ſint concoctu faciles & ſalutares.

17. Potus ſit vinum optimum vel abſynthiacum, item cereviſia defæcata.

18. Sitis tamen & fames non tolerentur.

19. Mo-

19. Motus non ſit immodicus, ne pori aperiantur & transpirato aëre promptiſſimè corpus inficiatur.

20. Somnus & vigilia modum non excedant.

21. Alvus ſit laxa.

22. Venus tempore peſtis immodica nocentiſſima, quia principales partes valdè debilitat.

23. Animi perturbationes vitentur, quia agitati & conſternati humores promptius venenum recipiunt.

24. In ſummâ, quinque ſunt, quæ nocent, fames, fatigatio, ſomnus, fœmina, flatus; & quinque quæ juvant; phlebotomia, ubi plethora, locus, fuga, frictio, fluxus.

Et Hipp. ait

Motus, cibus, potus, venus, omnia moderata eſſe oportet.

Et hæc breviter de præſervatione dicta ſufficiant.

DE CURATIONE.

1. Si peſtis ab aëris vitio in corpus purum incidat (quod quidem

rariſſimè obſervatur) neque purgandum, neque vena ſecanda. Venenum ergò peſtilens ſudoriferis ſive Alexipharmacis educendum. Peſtis enim per ſe neque venæ ſectionem, neq; purgationem indicat,

2. Ubi autem ætas & vires non prohibent, & plethora adeſt, febrisq; prædicta vehemens, nec non virium ob ſanguinis copiam oppreſſio metuenda, tunc venæ ſectio non intermittenda. Cautè tamen & quidem ſpatio 12. horarum, id eſt, in principio, præmiſſo enemate, vel alio leni medicamento, ne humoribus corruptis venenum fortius evadat, aut dicti humores maligniores reddantur, & ſic varijs ſymptomatibus, nec non morti cauſſam præbeant, inſtituenda.

3. Semper autem in latere ægro, non ſano, id eſt, ubi æger dolorem ſentit & bubo vel carbunculus rupturus eſt, i.e. ſi dolor ſub axillis ſentitur, in brachio; ſi circa inguina, in pede vena aperienda &c.

4. Quando verò bubo peſtilentialis vel carbunculus ſtatim in principio obſer-

obſervatur, vena nullo modo aperienda, ne natura impediatur. Quod benè notandum, nam prædictis magnis remedijs ſæpiſſimè plures extincti ſunt, quàm peſte ipsâ.

5. Poſt venæſectionem Medicus humoris peccantis naturam, quantitatem & impetum diligenter conſiderare debet. Si itaque humor malignus à naturâ ad cutem propellitur; Alexipharmaca ſive ſudorifera (verum cautè;) Si ad ventrem, purgantia lenientia; Si ad emunctoria Emplaſtr. cataplasmata, cucurbitulæ, hirudines & alia medicamenta ordinanda. Quò natura enim vergit per loca conferentia, eò ducere oportet. Semper tamen cordis habenda ratio, id eſt, cor confortandum.

6. Verùm alexipharmaca, in quibus ſpes ſalutis plerumque conſiſtit, præſtantiſſima & optima medicamenta, ritè exhibenda & uſurpanda, nam in in his aſſumendis quando quis peccat, plus nocent, quàm proſunt.

7. Theriaca & alia alexipharmaca calida tempore peſtis ob caliditatem non niſi

niſi in parvâ quantitate exhibenda.

8. Infantibus, pueris, gravidis, puerperis & ubi febris acuta peſti cōjuncta, non ſine refrigerantibus exhibeantur.

9. In camphora & camphoratis exhibendis, naturarum, nec non partium corporis conſtitutio etiam conſideranda, nam qui Camphoram averſantur, vel quorum viſcera debilia, ijs camphorata medicamenta non proſunt.

10. Si quis peſte infectus vomitu alexipharmacum ejiciat, mox iterum aſſumendum, imò uſus hujus ſingulis quatuor vel ſex horis repetendus, & ſic æger ſe ad ſudorem componat, & ſudor ad horas duas vel tres continuetur. Cavendum tamen, ne inter ſudandum vires dejiciantur, vel æger dormiat.

11. Inter ſudandum ægro talia medicamenta exhibenda, quæ partim corroborant & partim venenum è corpore expellunt.

12. Poſt ſudorem linteamina & tegumenta mutentur.

13. Æger cibis bonis reficiatur, corpus tamen his non onerandum.

14. Si

14. Si varia cum venenatâ qualitate, putridæ vel malignæ febris ſigna conjungantur, uſus eorum medicamentorum, quæ putredinem inhibent, febri malignæ reſiſtunt, caloremq; interiorum viſcerũ extingvunt, continuãdus.

15. Poſtquàm malignitas & venenoſitas fermè victa & vires validæ sũt & humores vitioſi in corpore abundant, purgans medicamentum idoneum, ſed leniens, ne vires debilitẽtur, exhibendũ.

16. Ultimò ſolet interdum natura circa cordis, hepatis & cerebri emunctoria bubones & carbunculos expellere, quos ſequenti modo ſaniores Medici tractare ſolent.

17. Quando bubo ſatis erumpit & æger non admodum debilis, tunc materia venenoſa debito modo attrahenda & concoquenda.

18. Sin ſatis non erumpat, & æger debilis & materia venenoſa, partim ob naturæ imbecillitatem, partim ob veneni copiã expelli non poſſit; tunc Medicus coctionem ſive maturationẽ non expectare, ſed abſceſſum aperire debet, licet nihil niſi modicum ſanguinis effluat.

19. A-

19. Aperto bubone vel abſceſſu, præſcribenda dirigentia & mundificantia, & ſic debito modo, ſemper tamen aliquid admiſcendo, quod malignitatem reſpicit, tractandus.

20. Carbunculorum curationem quod attinet, ij ſtatim, ſi vires non prohibent, profundè ſcarificandi ſunt, non neglectis alexipharmacis.

21. Poſt ſcarificationem imponatur bubo ſiccatus vino maceratus, vel Empl. Angeli Salæ, vide Sennertum de curatione peſtilentiæ fol. mihi 948. nonnulli Empl. ex cæpâ & theriacâ paratum tradunt. Verùm Valeſcus de Tarantâ in Philonio ſuo Theriacam carbunculo imponendam non laudat, quia ait: Sicuti Theriaca interius exhibita venenum expellit; ita exterius applicata intus protrudit, & ſic naturam benè operantem impedit, verùm ſciendum eſt, Theriacam non duntaxat habere vim expellendi, ſed etiam veneni malitiam extinguendi.

22. Victus ratio ſive diæta debetur peſte correptis, qualis acuta febre afflictis. In ſummâ: Diæta diligentiſſimè obſer-

obſervanda cibus enim virium potiſſimum gratiâ, non morbi, exhibetur. Hipp. 1. aph. 7. 9.

23. Ad ſpirituum reparationem, mundificationem dentur medicamentoſi cibi optimi, concoctu faciles, nec non cordialia medicamenta.

24. Conclave infectum patentibus feneſtris ab omnibus ſordibus, telis aranearum, ſcopis diligenter mundetur, ſuffitus idonei excitentur.

25. Suffitus ſingulis diebus repetantur.

26. Facto ſuffitu feneſtræ aperiantur, ut à vento conclave liberè perflari & ventilari poſſit.

27. Menſæ & ſcamna decocto abſinthij cum aceto miſto laventur.

28. Veſtes etiam decocto abſinthij & lixivio mundentur.

29. Veſtes quæ commodè aquæ immergi non poſſunt, vento & aëri exponantur, diligenter excutiantur & ſæpè ſuffumigentur.

30. Parietes ubique novâ calce dealbentur.

31. In loco qui infectus erat, panes recen-

centes, è furno extracti & in duas partes calentes dividantur 24. horis detineantur &c.

DE VARIOLIS ET MORBILLIS.

APHORISMI PRACTICI.

QUia variolæ & morbilli cum peſte ratione malignitatis aliquam cognationem habent. Ideoque placuit hîc aphoriſmos Practicos addere.

1. In principio Medicus cauſſam, quæ naturam in opere ſuo impedit, debito modo removere. 2. Motum naturæ medicamentis appropriatis adjuvare, 3. vires conſervare, denique malignitati reſiſtere debet.

2. Venæ ſectio in ætate, quæ venæ ſectionem perferre poteſt, & ubi plethora, ante quartum diem & eruptionem macularum præmiſſo enemate, vel alio blando medicamento non negligenda; ut natura oneris parte levata, quod reliquum eſt facilius vincere & expellere poſſit.

3. Poſt

3. Poſt venæ ſectionem & purgationem Medicus expellentia medicamenta præſcribere debet.

4. Cooperiatur æger, & vitet aërem frigidum poros claudentem, & variolarum & morbillorum exitum retrahentem.

5. Verùm ſi ob nimiam coopertūram aut ambientis caliditatem ſyncope immineat, minuatur paulatim prædicta coopertura & temperetur nimia caliditas.

6. Incipientibus apparere variolis abſtinendum à nimiâ calefactione, ne earum ortus impediatur.

7. Quando variolas vel morbillos erumpere videmus, naturam medicamentis adjuvare non debemus, ne humor agitetur, & febris augeatur, vel natura planè impediatur.

8. Videre quoque debet Medicus, ne partes internæ vel externæ lædantur, ut ſunt pulmones, inteſtina, oculi, nares, os, facies &c.

9. Symptomata etiam ſequentia, quæ interdum cum variolis, vel poſt ipſas evenire ſolent, non negligenda, ut 1.

Morbus convulſivus. 2. Paralytica affectio. 3. Ulcera maligna, ſcorbutus &c.
10. Olea, Emplaſtra imprimis ſtyptica non admovenda: obſtruunt enim poros, & naturam impediunt.
11. Detur opera, ne alvi fluor interveniat, aut mictus ſanguinis, quoniam materia repens ad inteſtina ea excoriat, variaque periculoſiſſima ſymptomata excitat.
12. Styptica tamen ad oculorum, inteſtinorum protectionem nõ nocent.
13. Victus rationem quod attinet, cum hic morbus ſit ex acutorum numero, convenit victus imprimis in principio tenuis.
14. Cibi ergo tales exhibendi, qui faciles concoctu, non acres, non ſalſi, non pingues, non admodum dulces, qui ebullitionem & acrimoniam humorum augent, ſed qui vim habent incidendi, moderatè refrigerandi, adſtringendi, fervorem ſanguinis temperandi, partes internas roborandi & expulſionem variolarum juvandi.
15. Potus non ſit vinum, præcipuè in principio, quia plerumque febrilis calor

lor adeſt, ſed decoctum Hordei, Glyz. Caricar. ſem. fœniculi, Napi &c.
16. Multi vinum rubrum commendant; verùm ſi vinum hoc forte, inflammat, ſi debile, expulſionem impedit, non ergo exhibendum.
17. Sed notandum, quando morbilli & variolæ ad exteriora probè fuerint eductæ & febrile ſymptoma abeſt, vinum tenue & quidem Neccarinum, vel aliud ſimile propter ventriculi corroborationem concedi poteſt.
18. Somnus, quia naturam & quidem in principio in expellendo impedit, mediocris eſſe debet.
19. Alvus ſemper ſit laxa.
20. Omnes animi commotiones vitandæ, quia per eas ſanguis ab exterioribus ad interiora recurrit, & ſic anxietatem majorem cauſſat.
21. Quando variolæ maturantur, ſequitur plerumq; pruritus, ideoque cavendum ne ſcalpantur, & ſic turpes cicatrices relinquantur; Totum igitur negotiũ, ubi pus album bene coctum, naturæ committendum; aut decocto flor. Chamomillæ utendum.

22. Verùm ſi variolæ magnæ & plures conjunctæ ſint, aperiendæ, ne pus diutius retentum acrius redditum, & carnem ſubjectam profundiùs exedat.
23. Aperiendæ ergò argenteis vel aureis aciculis, non forcipe, ne cuticulâ ablatâ ulcus nudum aëri exponatur.
24. Quando maturæ & apertæ, manè & veſperi ol. ovorum inungendæ &c.

DE MORBO UNGARICO,

APHORISMI PRACTICI.

1. IN hoc morbo 1. Malignitas tollenda 2. Putredini & malignitati reſiſtendum. 3. Vehementia ſymptomata mitiganda.
2. Materia in principio peccans è primis vijs lenibus medicamentis evacuanda; ut ſunt potiones, clyſteres &c.
3. Ubi plethora, vena ſecanda, vel hujus loco cucurbitulæ affigendæ, vel applicandæ.
4. His itaque præmiſſis reliqui humores maligni ſudoriferis diſcutiendi; ut ſunt alexipharmaca, de quibus ſupra quoque mentio facta.

5. Cor-

5. Cordi quoque & Pulſibus appropriata medicamenta applicanda.

6. Diæta talis ſit, qualis in febribus malignis expoſita.

7. Vinũ nocet, econtra prodeſt decoct. corn. cerv. vel hordei, cum ſucco citri. Gran. Oxyſaccharis. Sp. Vitrioli. &c.

DE FEBRE MALIGNA, APHORISMI PRACTICI.

1. IN febrium malignarum curatione duo ſunt conſideranda: 1. Malignitas. 2. Febris ipſa, ſive putredo.

2. Si malignitas ſive veneni vis excedat, eadem curandi ratio, quæ in peſtis curatione febre non neglectâ propoſita, obſervanda.

3. In principio ergò purgantia mitia, quæ primas vias duntaxat, in quibus fomes harum febrium continetur, evacuant, alioſque humores non agitant; fortia enim, tanquam peſtis ipſa, propter periculoſiſſima ſymptomata fugienda.

4. Si natura per ſuperiora vergat, per vomitum evacuanda, quò enim natura vergit, eò ducere oportet &c.

5. Venæ ſectio, ubi plethora vel ſanguis viribus oneri eſt, in principio præmiſſo enemate, vel medicamento aliquo leni, inſtituenda.

6. Poſt tertiũ vel quartum diem, ubi in totam maſſam ſanguineã malignitas diffuſa eſt, venę ſectio plus nocet, quàm prodeſt, ergo tutiùs intermittitur.

7. Ubi verò plethora & vires debiles, ita ut prohibeant venæ ſectionem, loco huius cucurbitulæ & quidem partibus inferioribus, derivationis & revulſionis gratiâ, applicandæ.

8. Poſt venæ ſectionem & purgationem, ubi malignitas & vires non prohibent, humores peccantes idoneis medicamentis alterandi & præparandi, ſemper tamen ea quæ malignitati reſiſtunt admiſcenda.

9. Si malignitas major putredine, ſudorifera maturè & mox exhibenda. Si verò putredo major malignitate, evacuationes per purgationem & venæ ſectionem præmittendæ, quod reliquum eſt alterandum, præparandum, & ſudore diſcutiendum, ut dictum.

10. Si ad urinam humores peccan-

tes

tes vergant, emulſione ex ſem. Melon. &c. natura adjuvanda.

11. Si febris plus urgeat, ut aliæ putridæ febres curanda: Semper tamen alexipharmaca admiſcenda, quæ malignorum humorum expulſionem promovere poſſunt.

12. Epithemata corroborationis gratiâ temperata & non valdè aſtringentia & repellentia ordinãda, ut natura promptius materiã malignã expellere poſſit.

13. Diæta ſive optima victus ratio non negligenda. Prodeſt ergò cibus boni ſucci & facilis coctionis. Sed cavẽdum, ne natura cibi copiâ oneretur. In ſummâ: In febribus continuis & malignis, quò vehemẽtiora ſymptomata, eò tenuiore victu utendum. Hipp. 1. aphor. 5. 7. 8. 9. cibus enim non morbi ratione: ſed virium gratiâ exhibetur.

14. A vino, niſi ſyncope adſit, omninò abſtinendum. Econtra prodeſt decoctum ex Rad. Scorzoneræ, paſſul. caricis, ping. paſſ. min. ſem. Napi, citri & corn. cervi paratum, item cereviſia benè defæcata.

15. Alvus ſit laxa.

DE FEBRE PETECHIALI; ſive maculosa.

1. Ventrem lenire debemus.
2. Materia quando ad ventriculum vergit, educenda per vomitum.
3. Sanguis ubi abundat, & urina turbida, quæ totam maſſam ſanguineam infectam eſſe arguit, ante quartam diem vena ſecanda.
4. Quando maculæ apparent, venam nullo modo ſecare, econtrà naturam ſudorifero vel expulſivo, ubi alvus laxa, adjuvare debemus, & quidem non ſemel; ſed toties, quoties opus eſt.
5. Locum hîc habent ea medicamenta expulſiva, quæ variolarum exitum promovent.
6. Præter ſudorifera ſolennia reiterentur etiam pulveres cordiales alexipharmaci, Emulſiones perlatæ, aq. & Syrupi cordiales, ſacculi cordiales &c.
7. Diæta talis, qualis in febre malignâ præſcripta eſt, obſervari poteſt. In ſummâ: In omnibus morbis acutis talis diæta inſtituenda, ne natura cibis gravata à functione ſuâ impediatur, & id quod in corpore noxium expellere non poſſit. 1. aph. 9. 11. Gal. in com.

DE

DE SUDORE ANGLICO.

1. Sudoris Anglici ſive febris ſudatoriæ curatio in veneno depellendo & ſudore proliciendo in principio ſita eſt.

2. Patiens igitur loco calido detinendus & ab omni aëris afflatu prohibendus, ut venenum per ſudorem ejiciatur, & non ad interiora recedat.

3. Ad ſudorem ciendum & malignitatem retundēdam commendantur emulſiones ex ſem. Napi, citri, carduibened. aquilegiæ, aq. ſcabioſæ, acetoſæ, Terra ſigill. bol. arm. corn. cerv. præp. ſpe. de Hyacintho, liberantis, Theriaca, in robuſtioribus, & ubi malignitas major putredine.

4. Sed cavendum, ne æger inter ſudandum ad virium dejectionem cooperiatur.

5. Vires autem ſunt roborandæ ijs medicamentis, quæ in peſte adhiberi ſolent.

6. Extra ea medicamenta præſcribenda, quæ venenum à corde avocant, ut ſunt Theriaca ol. ſcorp. Matthioli, Ci-

tri, Roſa. ſuccus citri & alia, quorum magna copia apud autores paſſim invenitur.

7. Alvi profluvium in hac febri, niſi quantitate excedat, nullo modo ſupprimendum. Sed medicamentis appropriatis cauſæ morbificæ ſuccurrendum.

DE SUDORE FEBRIUM.

Vide aph.	ſectionis	ſub titulo de
12	1	febre intermitt.
9	3	cauſone
21	3	febre tertianâ.
36	4	febribus longis.
37	4	febre acutâ.
56	4	febre continuâ.

APHORISMI PRACTICI.

1. Sudor criticus febribus prodeſt.

2. Sudor nimius curatur contrarijs, quæ ſe opponunt, cauſis, humor enim tenuis incraſſandus, in apertione nimiâ pororum refrigerandum.

3. Si retentrix facultas debilis, conveniunt ſtyptica frigida, interna & exter-

terna, ſi expultrix irritetur, hæc etiam conveniunt, nec non etiam diverſio.

4. Sudor non cohibeatur ante humoris peccantis evacuationem & patientis manifeſtam allevationem; modò vires ſint validæ.

DE RIGORE FEBRIUM.

IV. Aphor. 29.

Ὁκόσοισιν ἐν τῇσι πυρετοῖσιν ἑκταίοισιν ἐοῦσι ῥίγεα γίνεται, δυσκρίτα.

Quibus in febribus ſexto die rigores fiunt, judicationem habent difficilem.

[Quia ejuſmodi rigor non eſt à naturâ: fit enim non die convenienti ſive critico, ſed à morbo: ideoque natura motu materiæ, ſuâ vel copiâ vel qualitate malignâ ſævientis, absque concoctione ad certamen exurgit. Galen. in com. 1. de dieb. decret. 2. & 4. 1. de morb. vulg. com. 1. item 3. de morb. ver. 3. 2. de cauſ. ſympt. c. 6. 2. progn. c. 54. 3. de Criſ. 4.] Lib. 3. progn. 22.

V. Aphor. 17.

Τὸ δὲ ψυχρὸν σπασμοὺς, τετάνους, μελασμοὺς, καὶ ῥίγεα πυρετώδεα.

Frigidum verò convulſiones, tetanos ſeu diſtentiones nervorum, denigrationes ſeu livores & rigores febriles adfert.

[Sicuti calor habet vim dilatandi & reſolvendi, ita frigus habet vim contrahendi vel conſtringendi, calorem extinguendi, unde denigrationes, nervos lædendi, & rigores febriles, quando corpus frigore obrigeſcit, excitandi.
2. *Aph.* Gal. in com. Hipp. prorrh. 20. Gal. 1.
6. ſimpl. 20. Hipp. 5. aph. 19. 21. 23. 24. 6. de morb. vulg. com. 3. lib. de aſvet. 4. de ſimpl. med. c. 2.]

V. Aphor. 20.

Ἕλκεσι τὸ μὲν ψυχρὸν δακνῶδες, δέρμα περισκληρύνει, ὀδύνην ἀνεκπύητον ποιέει, μελασμοὺς, ῥίγεα πυρετώδεα, σπασμοὺς καὶ τετάνους.

Vlceribus frigidum quidem mordax cutem obdurat, facit dolorem inſuppurabilem, denigrat rigores febriles, convulſiones, & tetanos facit.

[Quia frigus contrahendo mordicat; cutem,

cutem, quæ mollis & laxa eſſe debet, indurat ſiccando & conſtringendo, prohibetque excrementorum difflationem, nec non calorem nativum, qui puris generationem juvat, extinguit, & ſic ſuppurationem impedit, unde ſæpè rigores febriles & convulſiones ſequũtur. Gal in com. 1. ſimpl. 23. & 4. ſimpl. *2. Aph.*
1. & 17. 3. de fractur. 14. 5. aph. 22 5. aph. *6.*
2. 1. progn. c. 46.]

Vide aph. {46, 58, 63} ſ. 4. ſubtit. de {febre continuâ, cavſ. ſeu feb. ard., febr. quotidianâ.

APHORISMI
PRACTICI.

1. Si rigor non eſt fortis aut eſt criticus, nihil agendum, & ſufficit levis calefactio extremorum.

2. Quod ſi cogimur rigorem removere, debemus divertere humores, deinde alterare & poros aperire, nimirum frictionibus.

3. Ante adventum rigoris exhibendus eſt potus calidus aut frigidus, juxta materiæ exigentiam.

4. Materia minoranda per vomitum, imprimis in febre quartanâ.

5. Fri-

5. Frigida materia alteranda ſive calefacienda, craſſa attenuanda, & viſcoſa incidenda.

DE CONVULSIONE IN FEBRIBUS.

II. Aphor. 26.

Πυρετὸν ἐπὶ σπασμῷ βέλτιον γίνεσθαι, ἢ σπασμὸν ἐπὶ πυρετῷ.

Febrem convulſioni ſupervenire melius eſt, quàm convulſionem febri.

[Quia quando convulſio febrem ſequitur, ſummam humorum aut vaporum intemperiem & malignitatem ſignificat. Febris verò convulſioni ſuperveniēs materiam ſive cauſam convulſionis abſumit. Gal. in com. 2. de cauſ. ſympt. 2. libr. de tremor. & convulſ. c. 8. 5. aph. com. 1. 3. de facult. natur. c. 15. 1. aph. com. 16. 8. de uſu part. c. 6. Meſ. theorem. c. 4. 6. Epid. 6. com. 7. aphor. 70. 4. aph. 57. 6. aph. 39. Hipp. 3. progn. 34. 1. Epid. 2. in coac.]

IV. Aph. 57.

Ὑπὸ σπασμοῦ ἢ τετάνου ἐνοχλουμένῳ πυρετὸς ἐπιγενόμενος λύει τὸ νόσημα.

Qui convulſione & diſtentione moleſtantur, febris ſuperveniens, ſolvit morbum.

[Quia febris ſuo calore humores craſſos & flatus nervoſis & fibroſis muſculorum partibus infarctos diſcutit, conſumit, concoquit, digerit, ſuâq; concuſſione per rigorem factâ, exagitat, & ad excretionem movet, ſicque convulſionem curat. Gal. in com. lib. de tremor. 6. aph. com. 39. 3. de loc. aff. 10. 2. de ſympt. cauſ. 2. 1. prorrh. c. 3. 5. aph. com. 5. 17. 22. 65. 3. de loc. aff. 5. 5. aph. com. 4. 5. de motu muſcul. 7. aph. com. 9. 2. aph com. 26. lib. de rigor. & convulſ. 48. 6 aph. com. 56. 3. aph. com. 25. 7. aph com. 70.]

IV. Aphor. 67.

Ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν οἱ ἐκ τῶν ὕπνων φόβοι, ἢ σπασμοὶ, κακόν.

In febribus à ſomno pavores & convulſiones, malum.

[Quia humores & vapores acres vel maligni tempore ſomni ad cerebrũ effumantes, pavores; & quando nõ diſcutiun-

tiuntur,ſed ad muſculos mittuntur, etiam convulſiones aliaque ſymptomata peſſima excitant. Gal. in com. 2. aph. com.1.& 2. 2.de ſympt. cauſ.5. 1. prorrh.c.29.c.de morb.vulg. com. 2.]

IV. Aphor. 68.

Ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τὸ πνεῦμα προσκόπτον, κακόν: σπασμὸν γὰρ σημαίνει.

In febribus ſpiratio offendens, malum: Convulſionem enim ſignificat.

[Hoc fit, quando muſculi thoracis vel horum fibroſæ partes & diaphragma acrium & calidorum humorum & vaporum copiâ premuntur, vel irritantur: Unde convulſio. Gal. in com. Celſ.lib. 2. c.6.1. lib. de util. reſpir. c.2. 1.progn. 20. 27. 1. prædict.28. 2. de decret.Hipp.& Plat.lib.1.de cauſ. reſp.lib. de uſu pulſ.2.de ſympt.cauſ.2. 1. de diff. reſpir.1. prædict. 27.]

6. de morb. pop.6.aph.54. lib. 2,de rat. vict. lib.44.

V. Aphor. 5.

Ἤν μεθύων ἐξαίφνης ἄφωνός τις γένηται, σπασθεὶς ἀποθνήσκει, ἢν μὴ πυρετὸς ἐπιλάβῃ, ἢ ἐς τὴν ὥρην ἐλθὼν, καθ' ἣν αἱ κραιπάλαι λύονται, φθέγξηται.

Si ebrius quiſpiam repentè obmutuerit, convulſus moritur, niſi febris ipſum corripiat, aut vocem recuperet ea horâ, quâ crapulæ ſolvuntur.

[Quia febris ſuperveniens materiam congeſtam ſive vini vaporem diſcutit: quando verò non fit, ſive ejus materia ſeu vapor malignus non diſcutitur, nec crapula ſolvitur, caloris nativi extinctionem, convulſionem & mortem cauſſat. Gal. in com. lib. quod animi morb. temp. ſeq. c. 10. 6. aph. com. 32. 51. 7. aph. com. 59. 2. de ſympt. cauſ. c. 2. 6. de morb. vulg. com. 6. 1. aph. com. 16. 4. aph. com. 57. 5. aphor. com. 70. 3. de rat. vict. in acut.] *6. Aph. 59.*

Vide aph. {49 / 70} ſect. {4 / 5} {ſub tit. / de feb.} {continuâ. / quartanâ.}

DE RELIQUIS FEBRIUM SYMPTOMATIBUS.

IV. Aphor. 21.

Ὑποχωρήματα μέλανα, ὁκοῖον αἷμα μέλαν, ἀπ' αὐτομάτου ἰόντα, καὶ σὺν πυρετῷ, καὶ ἄνευ πυρετοῦ, κάκιστα; καὶ ὁκόσῳ ἂν τὰ χρώματα ὑποχωρημάτων πλείω πονηρότερα ᾖ,

Digitized by Google

μᾶλλον κάκιον. ξὺν φαρμάκῳ δὲ ἄμεινον, καὶ ὁκόσῳ ἂν πλείω χρώματα ᾖ, οὐ πονηρά.

Dejectiones nigræ, ſanguini atro ſimiles, ſponte prodeuntes, ſive cum febre, ſive citra febrem, peſſimæ: Et quantò ipſarum colores plures fuerint, eò pejus: à medicamento ſi tales egeruntur, melius eſt, idque quantò ipſarum colores fuerint plures, non pravi.

[Dejectiones nigræ ſanguini atro ſimiles, quando non decretoriè, id eſt, vi naturæ, ſed ſymptomaticè expelluntur, malę, & quò copioſiores, eò pejores ſunt: quia non ſolùm magnam copiam malignorum & vitioſorum humorum in corpore dominari ſignificant: Verùm etiam ob eandem, & malitiam à naturâ amplius ſuſtineri non poſſe: Et quidem citò fieri ſolet, natura enim victrix celerrimè quæ noxia ſunt in juſtâ copiâ expurgat: Econtra ſymptomaticæ evacuationes tàm citò non abſolvuntur. Quando verò medicamentis purgantibus tales dejectiones vel excrementa expelluntur, bonum eſt. Corpus enim mundificatur

à pec-

à peccantibus malignis humoribus. Gal. in com. 7. aph. com. 65. 5 aphor. com. 57. 2. progn. com. 22. 23. 8. M.M. c. 10. 6. aphor. com. 20. 2. de criſib. 12. 4. aph. 12. & 21. 77. 2. de facult nat 9. lib. de atr. bil. 3. progn. 29. 1. prorrh. c. 4. 3. de ſympt. cauſ. c. 2. 3. art. cur. ad Glaucon. c. 11. 3. aph. com. 11. 6. de loc aff. 1. 2. aph. com. 14. 20. 2. Epid. 2.] *4. Aph. 23.*

IV. Aph. 27.

Ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν αἱμοῤῥαγέει πλῆθος ὁκοθενοῦν, ἐν τῇσιν ἀναλήψεσι τουτέοισιν αἱ κοιλίαι καθυγραίνονται.

Quibus in febribus ſanguinis copia undecunque profluxerit, iis convaleſcentibus alvi humectantur.

[Omnis evacuatio ſanguinis copioſior, ſive ſit critica, ſive ſymptomatica, periculoſa & mala: quia cum profuſione largâ plurimum caloris & ſpiritus, in quibus naturæ integritas, viriumque robur potiſſimum conſiſtit, effunditur: hinc robur omniū viſcerum, imprimis vētriculi & hepatis dejicitur,

alvus fit humidior, & per conſequens plurima cruda & liquida excrementa ob debilem coctionem excernuntur: & hoc fit, quando convaleſcentes plus ob appetitum vehementem ingerunt, quàm poſſint concoquere. Gal. in com. 4. aph. prorrh. 4. 16. 2. aph. com. 1. 1. de differ. febr. c. 1. & 3. 3. de criſ. c. 4. 1. aph. com. 3. 2. aph. com. 28. lib. de tabe.]

IV. Aphor. 31.

Τοῖσι κοπώδεσιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν, ἐς ἄρθρα καὶ παρὰ τὰς γνάθους μάλιστα αἱ ἀποστάσιες γίνονται.

In quibus per febres laſſitudinis ſenſus eſt, iis juxta articulos & ad maxillas potiſſimum abſceſſus fiunt.

[Quia natura humorem, qui laſſitudinis circa articulos cauſa, ad partes externas, & quidem imbecilliores, id eſt, quæ raritatis & mollitiei ratione ad eundem recipiendum aptæ, expellit. Gal. in com. 7. aph. 63. 2. Epid. 2. c. 17. Hipp. lib. de h. 7. aph. com. 32. 2. aph. com. 5. 5. aph. com. 1. lib. de morb. cauſ. c. 2. 3. de ſanit. tu. 4. aph. com. 44. 3. de uſu part. 9. 3 aph. com. 26.] L. 2. de diff. febr.

IV. A-

IV. Aph. 34.

Ἢν ὑπὸ πυρετοῦ ἐχομένῳ, οἰδήματος μὴ ἐόντος ἐν τῷ φάρυγγι, πνὶξ ἐξαίφνης ἐπιστῇ, ἐπιγίγνηται θανάσιμον.

Si febre detento, nullo tumore in faucibus exiſtente, ſtrangulatio ſubitò ſuperveniat, lethale eſt.

[Quia naturæ robore deficiente, materia ad partes nobiles internas defertur, ibique vel inflammationi, vel convulſioni, nec non morti interdum cauſam præbet: Strangulatione enim guttur ita conſtringitur aut convellitur, ut aër ad cor refrigerandum attrahi non poſſit, quod niſi refrigeretur, imprimis tempore febris, calor cordis naturalis extinguitur & patiens ſuffocatur. Gal. in com. de victu acut. 3. 4. aph. com. 35. lib. de mot. muſc. 6. aph. com. *Lib. 1.*
27. 7. aph. com. 16. 3 progn. com. 17. *progn.*
18. 5. de loc. aff. c. 4. Celſus lib. 2. 6. 3. *25.*
progn. 16. 2. prorrh. 54. 1. prorrh. 11.]

IV. Aphor. 35.

Ἢν ὑπὸ πυρετοῦ ἐχομένῳ ὁ τράχηλος ἐξαίφνης ἐπιστραφῆται, καὶ μόγις καταπίνειν δύνηται, οἰδήματος μὴ ἐόντος, θανάσιμον.

Si febre detenta collum repentè pervertatur, ac vix deglutire queat, nullo tumore exiſtente, lethale.

[Quia ob humorem aliquem à cerebro deſcendentem tumorem intrinſecum, atque ſic muſculorum & nervorum colli convulſionem excitantem, ac cerebri phlegmonem incipientem, vel vertebrarum luxationem ſignificat. Gal. in com. Hipp. 2. Epid. Gal. 4. de loc. aff. 8. de uſu part. 1. lib. de oſſib. c. 8. 12. de uſu part. 12. 4. aph. com. 37. & 57.]

IV. Aphor. 52.

Ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν, ἢ ἐν τῇσιν ἄλλῃσιν ἀῤῥωστίῃσι κατὰ προαίρεσιν ὀφθαλμοὶ δακρύουσιν, οὐδὲν ἄτοπον, ὁκόσοισι δὲ μὴ κατὰ προαίρεσιν, ἀτοπώτερον.

Quibus in febribus aut aliis morbis voluntariè illachrymant oculi, nihil abſurdi eſt: quibus verò non voluntariè, abſurdum.

[Primum ideò bonum, quia eſt ſignum conſtantis mentis & roboris naturæ. Secundum verò malum, ſignificat enim facultatis naturalis retentricis magnam imbecillitatem, nec non

non virium ſummam dejectionem, Galen. in com. de morb. popul. 1. progn. com. 13. 4. aphor. com. 52. 1. præd. c. 3. 1. Epid. 2. c. 21. 6. Epid. 1. c. 16. Celſ. lib. 2. c. 4. 4. Epid.] *Lib. 3. progn. 33.*

IV. Aphor. 55.

Οἱ ἐπὶ βουβῶσι πυρετοὶ πάντες κακοὶ, πλὴν τῶν ἐφημέρων.

Febres in bubone omnes malæ, præter diariæ.

[Quia humorum copiam, malignitatem & putredinem, aut viſcerum principalium phlegmonem ſignificat: ſunt enim bubones in febribus βλαστήματα, id eſt, flores, vel ſurculi morborum in profundo latentium. 4. aph. 51. 2. Epid. 3. 6. Epid. 2. c. 10. Gal. in com. lib. de tumor. 1. 3. aph. 26. 2. de ſem. 6. 4. aphor. 31. 1. de diff. febr. 1. & 5. 4. aphor. 48.] *G. lib. de art. cu- ra[ndi] ad Glauc. c. 1. 2.*

IV. Aphor. 60.

Ὁκόσοισιν ἂν ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τὰ ὦτα κωφωθῇ, αἷμα ἐκ ῥινῶν ῥυὲν, ἢ κοιλίη ἐκταραχθεῖσα, λύει τὸ νόσημα.

Quibus per febres aures obſurduerunt, iis ſanguis è naribus fluens, aut alvus turbata, morbum ſolvit.

 [Quia

[Quia ſublatâ cauſâ tollitur effectus: & hoc fit, quando nimirum humores bilioſi caput & meatum auditorium occupantes criticè evacuantur. Gal. in com. 4. aph. 24. & 28. Celſ. lib. 2. c. 8. 1. prorrh. 31.]

IV. Aphor. 61.

Πυρέσσοντα ἢν μὴ περισσῇσι ἡμέρῃσιν ἀφῇ ὁ πυρετὸς, ὑποτροπιάζειν εἴωθεν.

Febricitantem niſi diebus criticis febris reliquerit, recidivare ſolet.

[Quia natura etiam cæli beneficio die critico, præcedente coctione, materiam morbificam expellit: reliquis diebus nulla fit critica, ſed ſymptomatica expulſio, quia à morbo imperfecta, ideoque recidiva periculo non vacat. Hippocrates dicit, impares dies criticos eſſe, non quod etiam pares non ſint critici, ſed quia plures impares, quàm pares ſunt critici: id eſt Criſes, quæ in diebus imparibus fiunt, ſunt perfectæ; in paribus imperfectæ ſunt. Gal. in com. 2. Epid. 2. & 5. & in conc. Hollerius. 1. Epid. 3. & 14. 4. aph. com. 36. & 61. de morb. popul. c. 13. 1. aph. 20. 2. aph. 12.] Lib. 4. de rat. victus.

Ὀχϑ-

IV. Aphor. 62.

Ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἴκτεροι ἐπιγίνονται πρὸ τῶν ἑπτὰ ἡμερῶν, κακόν.

Quibus in febribus morbi regij ſuperveniunt ante ſeptimum diem, malum.

[Quia ejusmodi expulſio non eſt critica, ſed ſymptomatica, & fit vel copiâ vel malignitate materiæ crudæ, ante ſeptimum diem irritatæ: Item quando hoc fit, epar interdum eſt inflammatum, obſtructum aut ſcirrhoſum. Gal. in com. 5. de loc. aff. c. 1. 2. progn. 4. aphor. 36. 3. Epid. 1. com. 5. 1. Epid. 2. com. 65.]

4. Aph. 64. Lib. 4. de rat. vict. acut. p. 82

IV. Aphor. 64.

Ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τῇ ἑβδόμῃ, ἢ τῇ ἐννάτῃ, ἢ τῇ ἑνδεκάτῃ, ἢ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἴκτεροι ἐπιγίνονται, ἀγαθὸν, ἢν μὴ τὸ δεξιὸν ὑποχόνδριον σκληρὸν ᾖ: ἢν δὲ μὴ, οὐκ ἀγαθόν.

Quibus in febribus die 7. 9. 11. aut 14. morbus regius ſupervenerit, bonum, niſi dextrum hypochondrium durum fuerit; ſi verò non, non bonum.

[Quibus morbus regius prædictis diebus accidit, ideò bonum eſt, quia bilis, à qua febris procreata, putrida, à

naturâ ſuperante, χρλικῶς in habitum corporis transponitur: Quando autem non diebus criticis fit, ſimulque dextrum hypochondrium durum, malum eſt, quia bilis ejusmodi ſymptomaticè, à copiâ vel acrimoniâ irritata, expellitur, imprimis quando nulla ſequitur materię expulſio, vel per alvũm, vel per veſicam cùm urinâ, vel per narium eruptionem, vel per ſudorem, quæ evacuationes omnes, ſi icteritiam ſequantur, bonæ ſunt. Epar enim, ut ſupra dictum, obſtructum, inflãmatum, aut ſcirrhoſum eſt. Gal. in com. 1. aph. 3. 5. aph. com. 64. 1. de dieb. decret. 4. 5. de loc. aff. 7. 4. aph. com. 22. 9. de comp. med. c. 1. 6. de loc. aff. c. 4. aph. 62. Hipp. in Coac 15. Celſ. lib. 2. c. 4.]

IV. Aphor. 65.

Ἐν τοῖσι πυρετοῖσι περὶ τὴν κοιλίην καῦμα ἰσχυρὸν καὶ καρδιωγμὸς, κακόν.

In febribus circa ventriculum vehemens æſtus & cordis morſus, malum.

[Quia fervens & putrens humor bilioſus, qui à naturâ ſuperari non poteſt, ab epate & venis ſeſe in ventriculum effundit, ac in huius tunicis vaſisq; impactus

pactus vehementem æſtum & acrem oris ventriculi morſum & vellicationẽ excitat: Et ſi quoq; cordis motus vehemens, velox, inſtar pulſationis adfuerit, adhuc pejus eſt: Significat enim vim vitalem maximo incendio teneri. Ubi verò ejusmodi ſymptomata ſine febre fiunt, purgatione opus eſſe, aut vomitum biliosum futurum, denotat. Gal in com. 4. de uſu part. 1. & 7. 5. de loc. aff. c. 4. & 5. 8. de comp. med. ſ. l. c. 1. 1. de ſympt. cauſ. c. 7. 1. de diff. pulſ. 2. l. de palp. c. 5. 2. de cauſ. ſympt. c. 2. 2. aph. c. 4. 3. aph. c. 22. 2. de comp. med. ſ. l. c. 10. 1. aph. com. 16. 4. aph. com. 17. Celſ. lib. 1. c. 2. lib. 4. c. 5.]

IV. Aphor. 69.

Ὁκόσοισιν οὖρα παχέα, θρομβώδεα, ὀλίγα, οὐκ ἀπυρέτοισι, πλῆθος ἐπελθὸν ἐκ τουτέων λεπτὸν, ὠφελέει: μάλιστα δὲ τὰ τοιαῦτα ἔρχεται οἷσιν ἐξ ἀρχῆς, ἢ διὰ ταχέων ὑπόστασιν ἴσχει.

Quibus urinæ craſſæ, grumoſæ & paucæ ſunt, non ſine febre, juvant, ſi ab iis tenues & copioſæ prodierint: maxime verò tales exeunt, quibus ab initio, aut brevi pòſt ſedimentum ineſt.

[Urinæ quæ in febris principio craſſę & paucæ excernuntur, denotant materiæ

naturâ ſuperante, κρισικῶς in habitum corporis transponitur: Quando autem non diebus criticis fit, ſimulque dextrum hypochondrium durum, malum eſt, quia bilis ejusmodi ſymptomaticè, à copiâ vel acrimoniâ irritata, expellitur, imprimis quando nulla ſequitur materię expulſio, vel per alvũm, vel per veſicam cùm urinâ, vel per narium eruptionem, vel per ſudorem, quæ evacuationes omnes, ſi icteritiam ſequantur, bonæ ſunt. Epar enim, ut ſupra dictum, obſtructum, inflãmatum, aut ſcirrhoſum eſt. Gal. in com. 1. aph. 3. 5. aph. com. 64. 1. de dieb. decret. 4. 5. de loc. aff. 7. 4. aph. com. 22. 9. de comp. med. c. 1. 6. de loc. aff. c. 4. aph. 62. Hipp. in Coac 15. Celſ. lib. 2. c. 4.]

IV. Aphor. 65.

Ἐν τοῖσι πυρετοῖσι περὶ τὴν κοιλίην καῦμα ἰσχυρὸν καὶ καρδιωγμὸς, κακόν.

In febribus circa ventriculum vehemens æſtus & cordis morſus, malum.

[Quia fervens & putrens humor bilioſus, qui à naturâ ſuperari non poteſt, ab epate & venis ſeſe in ventriculum effundit, ac in huius tunicis vaſisq; impactus

pactus vehementem æſtum & acrem oris ventriculi morſum & vellicationẽ excitat: Et ſi quoq; cordis motus vehemens, velox, inſtar pulſationis adfuerit, adhuc pejus eſt: Significat enim vim vitalem maximo incendio teneri. Ubi verò ejusmodi ſymptomata ſine febre fiunt, purgatione opus eſſe, aut vomitum bilioſum futurum, denotat. Gal in com. 4. de uſu part. 1. & 7. 5. de loc. aff. c. 4. & 5. 8. de comp. med. ſ. l. c. 1. 1. de ſympt. cauſ. c. 7. 1. de diff. pulſ. 2. l. de palp. c. 5. 2. de cauſ. ſympt. c. 2. 2. aph. c. 4. 3. aph. c. 22. 2 de comp. med. ſ. l. c. 10. 1. aph. com. 16. 4. aph. com. 17. Celſ. lib. 1. c. 2. lib. 4. c. 5.]

IV. Aphor. 69.

Ὁκόσοισιν οὖρα παχέα, θρομβώδεα, ὀλίγα, οὐκ ἀπυρέτοισι, πλῆθος ἐπελθὸν ἐκ τουτέων λεπτὸν, ὠφελέει: μάλιστα δὲ τὰ τοιαῦτα ἔρχεται οἷσιν ἐξ ἀρχῆς, ἢ διὰ ταχέων ὑπόστασιν ἴσχει.

Quibus urinæ craſſæ, grumoſæ & paucæ ſunt, non ſine febre, juvant, ſi ab iis tenues & copioſæ prodierint: maxime verò tales exeunt, quibus ab initio, aut brevi pòſt ſedimentum ineſt.

[Urinæ quæ in febris principio craſſę & paucæ excernuntur, denotant materiæ

IV. Aphor. 72.

Ὁκόσοισιν οὖρα διαφανέα λευκὰ, πονηρά, μάλιστα δὲ ἐν τοῖσι φρενιτικοῖσιν ἢν ἐπιφαίνηται.

Quibus urinæ perſpicua albaque ſunt, malæ: præſertim verò ubi in phreneticis apparent.

[Urinæ albæ, ſi non fiant à nimio potu, coctionis imbecillitatem & ſummam cruditatem & viſcerum obſtructiones ſignificant: In phrenitide etiam malæ ſunt, quia bilis ad cerebrum trahitur, tanquam ad partem nobilem. Hinc Galenus ait: Ego affirmo, hujusmodi ægrum nunquam evaſiſſe, ſi talem urinam habuerit. Gal. in com. 4. de tuend. ſanit. 2. prorrhet. 15. 1. Epid. c. 12. 1 de morb. vulg. c. 45. & 46. 1. prorrhet. c. 68. 2. prædict. c. 32. 2. de ſympt. cauſ c. 7.]

IV. Aphor. 73.

Ὁκόσοισιν ὑποχόνδρια μετέωρα διαβορβορίζοντα, ὀσφύος ἀλγήματος ἐπιγινομένου, αἱ κοιλίαι τουτέοισι καθυγραίνονται, ἢν μὴ φῦσαι καταῤῥαγῶσιν, ἢ οὔρου πλῆθος ἐπέλθῃ: ἐν πυρετοῖσι δὲ ταῦτα.

Quibus hypochondria in ſublime elata mur-

murmurant, lumborum dolore ſuccedente, iis alvi humectantur, niſi flatus erumpant, aut urinæ copia ſubeat: hæc verò in febribus.

[Quia murmur nihil aliud efficit, quàm humor, vel flatus: Ille per ureteres ad veſicam tendit; hic per inteſtina unâ cum alvi excrementis pituitoſis deſcendit. In febribus autem hoc plerumque fit, quia calor febrilis humores aut conſumit, aut attenuat, & ad infernas partes & non abſque murmure mittit, ibique profluvium alvi, niſi urinæ multitudo prodeat, efficit. Gal. in com. 2. progn. 25. Gal. 3. de ſympt. cauſ. c. 7. 2. aph com. 30. 4. aphor. com. 20. 2. progn. 70. 4. aphor. com. 35.]

V. Aphor. 55.

Ὁκόσαι ἐν γαστρὶ ἔχουσαι ὑπὸ πυρετῶν λαμβάνονται, καὶ ἰσχυρῶς ἰσχναίνονται, ἄνευ φανερῆς προφάσιος, τίκτουσι χαλεπῶς καὶ ἐπικινδύνως, ἢ ἐκτιτρώσκουσαι κινδυνεύουσιν.

Quæcunque geſtantes uterum febribus corripiuntur & vehementer ſine causâ manifeſtâ extenuantur, difficiliter & cum periculo pariunt, aut abortientes periclitantur.

[Quia

[Quia febris (ſi acuta) corpora ſuo calore extenuat, matrem & fœtum in utero debilitat, cum ad facilem partum matris & fœtus robur requiratur, Ideoque matre febre laborante, metus eſt, ne in laboribus partus mater & fœtus deficiant & ſuccumbant: Et hoc eò periculoſius, quando mater tempore febris, neque ordinatam diætam, nec medicamenta tolerare poteſt. Hinc materia morbifica etiam cocta interdum ob naturæ imbecillitatem in corpore retinetur, & de novo corrumpitur, atque ſic ante partum abortus, vel poſt partum morbi cauſa fit: Gal. in com. 5. aph. 53. 4. aph. com. 29. 3. art. medic. 5. aphor. com. 55. 3. aphor. com. 12.]

VI. Aphor. 40.

Ὀκόσοισι περὶ τὸ ὑποχόνδριον πόνοι γίνονται ἄτερ φλεγμονῆς, τούτοισι πυρετὸς ἐπιγενόμενος λύει τὸν πόνον.

Quibus circa hypochondrium dolores ſiunt abſque phlegmone, his febris ſuperveniens ſolvit dolorem.

[Quia calor febrilis materiã rebellem, viſcoſam, flatulentam, obſtructionesq;

cau-

cauſantem attenuat, præparat, concoquit, ut per ſudores, urinas, aliasq; vias expelli queat: ubi verò phlegmone vel inflammatio humore carēs adeſt, tunc febris humores non concoquit, ſed potius eos acriores reddit & auget. Gal. in com. Gal. 1. progn. com. 30. & 46. 2. aph. com. 6. 2. art. Med. 2. aph. 26. 4. aph. 57. 5. aph. 70.]

VI. Aphor. 44.

Ὁκόσοισιν ἐκ στραγγουρίης εἰλεὸς ἐπιγίνεται, ἐν ἑπτὰ ἡμέρῃσιν ἀπόλλυνται, ἢν μὴ πυρετοῦ ἐπιγενομένου ἅλις τὸ οὖρον ῥυῇ.

Quibus ex urinæ ſtillicidio ileos ſupervenerit, hi in 7. diebus moriuntur, niſi febre ſuperveniente urina ſatis fluxerit.

[Quando vaſa urinaria à craſſo, crudo & viſcoſo humore obſtruuntur, flatus & excrementa in tenuioribus inteſtinis, ob eorum compreſſionem, retinentur; oritur dolor iliacus acutiſſimus. Superveniente autem febre, ejus calore materia cruda & craſſa attenuatur, nec non obſtructiones reſerantur, quibus reſeratis, alvi excrementa excernuntur, urina etiam ſatis fluit, & ſic dolor

dolor iliacus evaneſcit. Gal. in com. Avicen. l. 3. fen. 16. tr. 4. c. 29.

VI. Aphor. 50.

Ὁκόσοισιν ὁ ἐγκέφαλος διακοπῇ, τουτέοισιν ἀνάγκη πυρετὸν καὶ χολῆς ἔμετον ἐπιγίνεσθαι.

Quibus cerebrum diſciſſum fuerit, his neceſſum eſt febrem & bilis vomitum ſupervenire.

[Cerebro vulnerato plærumque ob ſaniem putreſcentem ſubſequitur inflammatio membranarum & calor febrilis, vomitus verò fit propter conſenſum cerebri cum ventriculo, ratione ſexti paris nervorum, quod circa orificium ventriculi obſervatur. Gal. in com. 6. aph. com. 18. 4. aph. com. 66. & 78. 1. de differ. febr. 3. 6. Epid. 2. 3. aph. com. 24. 7. de decretis Hippocr. & Platonis.]

VI. Aphor. 51.

Ὁκόσοισιν ὑγιαίνουσιν ἐξαίφνης ὀδύναι γίνονται ἐν τῇ κεφαλῇ, καὶ παραχρῆμα ἄφωνοι γίνονται, καὶ ῥέγχουσιν, ἀπόλλυνται ἐν ἑπτὰ ἡμέρῃσιν, ἢν μὴ πυρετὸς ἐπιλάβῃ.

Quibus rectè valentibus repentè dolores

 capi-

capitis accidunt & protinus muti fiunt ac ſtertunt, intra ſeptem dies intereunt, niſi febris apprehendat.

[Quia multam pituitam, vel vapores malignos in ventriculis cerebri coacervatos eſſe indicat, ideoque febris ſuccedens ſpiritus flatuoſos & humores pituitoſos malignos reſolvens, ἀφωνίαν & ſtertorem, ſive apoplexiam ſolvit: hinc ſpiritus animales iterum in organa ſenſus & motus influunt. Febris autem debet eſſe mediocris, ita ut materiam prædictam contumacem, id eſt, frigidam, craſſam, nec non vapores, vel ſpiritus flatulentos ſolvat, vires autem non exolvat. Gal. in com. 1. art. curat. ad Glauco. c. 13. aph. com. 32. 4. de loc. aff. c. 2. 5. aph. com. 5. 5. de loc. aff. c. 7. 1. aph. com. 16. 2. aph. 42. 5. aph. 5. 51. 2. Epid. 5. 4. de vict. ac. 23. Gal. de motu muſc. 4.]

Lib. 3. de morb. popul. p. 1. Item lib. 2. part. 3

VII. Aphor. 32.

Ὁκόσοισι ἢ χολώδεες αἱ ὑποστάσιες, ἄνωθεν δὲ λεπταὶ, ὀξεῖαν ἀρρωστίην σημαίνει.

Quibus verò ſedimina bilioſa fuerint, ſupe-

ſuperius autem tenuia, acutum morbum ſignificant.

[Quia ſanguinem bilioſum incendio corruptum & morbum acutum, & brevem, ob bilis celerem motum, fore præſagiunt. Gal. in com. 4. aph. com. 58. 1. de nat. hum. c. 1. 4. aph. com. 72. 1. progn. com. 46. 2. progn. com. 26.]

VII. Aphor. 37.

Ὁκόσοι αἷμα ἐμέουσιν, ἢν μὲν ἄνευ πυρετοῦ, σωτήριον· ἢν δὲ ξὺν πυρετῷ, κακόν. θεραπεύειν δὲ τοῖσι ψυκτικοῖσιν ἢ στυπτικοῖσι.

Quicunque evomunt ſanguinem, ſi ſine febre quidem, ſalutare; Si verò cum febre, malum. Curare verò oportet acerbis & refrigerantibus.

[Sanguinis vomitus, ſi ſine febre, ſalutaris, quia interdum naturæ beneficio à præſenti morbo, vel futuro liberat, ſicuti videmus in menſium obſtructionibus &c. nec enim ulcus, putredinem, inflammationem, aut abſceſſum adeſſe ſignificat. Si verò cũ febre, malum: gravem. n. inflammationẽ, aut venæ eroſionem, aut ruptionem; ſanguiniſque malignitatem vel vaſorum

imbecillitatem indicat. Gal. in com. 4. aph. 25. 7. aph com. 8. & 16. 35. 6. aphor. com. 39. 4. de ſimpl med. fac. 7.]

VII. Aphor. 42.

Ἢν πυρετὸς μὴ ἀπὸ χολῆς ἔχῃ, ὕδατος πολλοῦ καὶ θερμοῦ καταχεομένου ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, λύσις τοῦ πυρετοῦ γίνεται.

Si febris non à bile ortum habet, multâ aquâ calidâ ſuperfuſâ capiti, ſolutio febris fit.

[Quia pori cutis rarefiunt, ſtipatio tollitur, excrementa fuliginoſa euacuantur, corpus refrigeratur & humectatur, atque ſic febris curatur. Et hoc plerumque fit in febribus diarijs & hecticis, in alijs febribus humoralibus ſiue putridis non procedit, quia uſu aquæ calidæ humores ad partes debiles fluunt, obſtructiones augentur, coctiones remorantur, auctâ putredine febres exaſperantur. Gal. in com. 1. de uſu part. c. 13. 2. M. M. 2. 2. de criſ. 12. 1. de diff. febr. 1. ad Glauc. Hipp. 2. Epid. 6. Gal. 10. M. M. 10. 11. Celſ. l. 2. c. 17.]

6. de popul. 5.

VII. Aphor. 52.

Ὁκόσοισιν ἡ πὺρ περιωδυνᾶται, τούτοισι πυρετὸς ἐπιγενόμενος λύει τὴν ὀδύνην.

Qui-

Quibus epar vehementer dolet, iis febris ſuperveniens ſolvit dolorem.

[Quia febris cauſam doloris, id eſt, flatus, vel craſſos & frigidos humores, incidendo, extenuando, diſcutiendo, tollit. Gal. in com. 4. aph. com. 66. 2. art. medic. 1. de diff. febr. 3. 5. aph. com. 41. 6. aph. com. 5. & 40. legitur eadem ſententia in Coacis.]

VII. Aphor. 62.

Ἢν ὑπὸ πυρετοῦ ἐχομένῳ οἰδήματος μὴ ἐόντος ἐν τῇ φάρυγγι, πνὶξ ἐξαίφνης ἐπιγένηται, καὶ καταπίνειν μὴ δύνηται, ἀλλὰ ἢ μόγις, θανάσιμον.

Si febre correpto, nullo in faucibus tumore exiſtente, derepentè ſuffocationis periculum ſuperveniat, & non poſſit deglutire, vel non niſi ægrè, lethale.

[Cauſa ſuffocationis eſt tumor magnus occultus, in muſculis faucium & laryngis ab humore aliquo cerebri collectus. Gal. in com. Hipp. 2. Epid. & in Coac. Gal. 4. de loc. aff.]

Vide aph. … ſectionis … ſub titulo de

aph.	ſectionis	ſub titulo de
28	2	febribus longis.
44	4	febr. longis.
47	4	febre continuâ.
48	4	febre contin.
49	4	febre contin.
50	4	febr. cont.
51	4	febribus longis.
53	4	febribus long.
31	7	febrib. long.
54	4	cavſone.
66	4	febre continuâ.
67	4	convulſ. in febr.
68	4	convulſ. in febr.
26	6	cavſone.
54	6	febre acutâ.

APHORISMI PRACTICI.

1. Si urina in principio tenuis, non purgabis, econtra clyſterem adhibebis: materia enim peccans cruda. Si verò craſſa, habens nebulam, purgabis; materia enim aliquo modo cocta.

2. In febri acutâ, & quibus ſpaſmus accidit, & in die motus morbi, vena ſecari non debet.

3. Quãdo in declinatione ſudor emergit, omnia localia frigida removenda.

4. Si

4. Si ſudor calidus in toto corpore, & quidem decretorijs diebus oriatur, febrem plerumque ſolet ſolvere.

5. Si decretorio die ſigna futuri ſudoris apparent, medicus naturam adjuvare debet.

DE VICTU FEBRICITANTIUM.

ET PRIMÙM DE QUANTITATE.

Vide aph. { 11, 12, 19 } ſe. 1. ſub tit. de febre interm.

DE QUALITATE VICTUS.

I, Aphor. 16.

Αἱ ὑγραὶ πᾶσαι διαίται τοῖσι πυρεταίνουσι ξυμφέρουσι, μάλιστα δὲ παιδίοισι, καὶ τοῖς ἄλλοισι τοῖσιν οὕτως εἰθισμένοισι διαιτᾶσθαι.

Omnis cibus humidus febricitantibus prodeſt, maximè verò pueris & aliis qui tali victu uti conſueverunt.

[Quia febris eſt morbus calidus & ſiccus: contraria ergo contrarijs curantur. Pueris autem maximè ejusmodi cibus prodeſt, quia ſunt humidæ complexionis: Complexio

ergo naturalis conſervatur ſuo ſimili moderato. Gal.in com.5. de ſanit. tu. 8.l.1. de ſanit.7. & lib. 8. M. M.9. 3.art. medic.9.M.M.14.1.aph.24.] Lib.1.de diff. febr.

VI. Aphor.3.

Ἐν τῇσι μακρῇσι δυσεντερίῃσιν αἱ ἀποσιτίαι, κακόν: καὶ σὺν πυρετῷ, κάκιον.

In diuturnis inteſtinorum difficultatibus, cibi faſtidium, malum: & ſi cum febre, pejus.

[Quia pars humoris acris, à quo inteſtina exulcerantur, effertur ad os ventriculi, ibiq; mortificationem ventriculo & nutrici facultati minatur. Si verò unà cum cibi faſtidio, inteſtinorum difficultatibus febris adveniat, pejus eſt, (ἐργαδῶς ὑγιάζεσθαι, difficulter vel ægrè curatur:) quia indicat putredinem malignam, nec non inflammationem ſummam, hinc ſequitur omnium partium extenuatio, deſiccatio, tandem hectica & mors. Gal. in com. Hipp. 1. lib. progn. Gal. 1. de rat. vict.ac.com.3. 4. aph. 24. 2. de temper. 3.aph.22. 6. aph. com.53. & 56. Gal.lib. de atrâ

de atrâ bile, 7.aph.5. & 23. 3.aph.com. 11.1.de loc.aff.5.aph.61. 1.prorrh.c.2. Gal.in lib.de inæquali temperie.] Lib. de cauſ. ſympt.1.6. de morb. popul.6.

VII. Aphor. 65.

Ἢν τις τῷ πυρέσσοντι τροφὴν διδῷ, τῷ μὲν ὑγιαίνοντι ἰσχὺς, τῷ δὲ κάμνοντι νόσος.

Si quis febricitanti cibum dederit, ſano quidem robur, ægrotanti autem morbus eſt.

[Quia febricitantes cibum non concoquunt, ſed potius corrumpunt, corruptus incrementum dat febri ejusque cauſæ. Gal. in com. Hipp. 1. aph. 14. 2. aph.10.& 8. 5.aph.com.30.]

Vide aphoriſmum 19.ſect.1. de febre intermittente.

APHORISMI
PRACTICI.

1. In febribus præſtat cum diætâ potius curare, ſi fieri poſſit, quàm cum pharmacis.

2. Inter acutè febrientium cibaria, ptiſana principatum obtinet: Ut ſupra dictum.

3. Victus ergo in febribus acutis tenuior eſſe debet, quàm in alijs morbis

acutis: In longis autem febribus minus tenuiter eſt alendum, quàm in alijs morbis Chronicis.

4. Si virtus fortis, requirit cibum pluris quantitatis, ſed rarò: debilis verò parum & ſæpè.

5. Cavendum averſantibus cibum, ne alimenta præparentur ipſis præſentibus.

6. Victus mutandus ſecundum hominis naturam, ætatem, exercitia, anni tempus & morbi genus.

7. In omnibus conſvetudo eſt obſervanda, modò ad mala non producat accidentia.

8. Ubi in febribus ſigna coctionis apparent, & febris eſt in declinatione, vinum tenue & album concedi poteſt.

9. Somnus nocturnus in febribus intermittentibus prodeſt, in paroxysmo verò deteſtatur.

Hactenus de febribus:

Sequuntur Aphoriſmi Particulares.

DE DOLORE CAPITIS.

III. Aphor. 5.

Νότοι βαρυήκοοι, ἀχλυώδεες, καρηβαρικοί,

καὶ, νωθροὶ, διαλυτικοί; ὁκόταν οὗτος δυναστεύῃ, τοιαῦτα ἐν τῇσιν ἀρρωστίῃσι πάσχουσι. Ἢν δὲ βόρειον ᾖ, βῆχες, φάρυγγες, κοιλίαι σκληραὶ, δυσουρίαι, φρικώδεες, ὀδύναι πλευρέων, στηθέων. Ὁκόταν οὗτος δυναστεύῃ, τοιαῦτα ἐν τῇσιν ἀρρωστίῃσι προσδέχεσθαι χρή.

Auſtri auditum hebetant, caliginem viſui obducunt, caput gravant, manibus tarditatem & languorem conciliant; ubi iſti prævaluerint, talia in morbis patiuntur. At ſi aquilonia fuerit conſtitutio, tuſſes, faucium aſperitates, alvi duræ, difficultates urinæ, horrores, dolores coſtarum & pectoris fiunt; Quando hæc tempeſtas prævaluerit, talia in morbis expectare oportet.

[Quia auſter, qui flat à meridie, humidus & calidus, aërem, nervorum originem & cerebrum humectat, ſenſuumque organa ſuâ humiditate replet ſpiritusq; reſolvit, atque ſic prædictos affectus generat. Econtra borealis, ſive aquilonia ſeptentrionalis conſtitutio, quia frigida & ſicca, ſuâ frigiditate & ſiccitate tuſſes, faucium aſperitates, horrores, urinæ difficultates, &c. ut aphoriſmus docet, efficit. Galen. in com.

com.2.de temp.3.de morb. vulg.com. 3. 3.aph.com.17. 2.de ſympt. cauſ.c.6. 2.de ſympl. med. facult. c.17.4.aphor. com.54. 10. M. M.10. 1.Epid. com.1.] Lib de morb.popul.9. 3.aph 22. Celſ. lib. 2. c.1.

III. Aphor. 13.

Ἢν δὲ τὸ θέρος αὐχμηρὸν καὶ βόρειον γένηται, τὸ δὲ φθινόπωρον ἔπομβρον καὶ νότιον, κεφαλαλγίαι ἐς τὸν χειμῶνα, καὶ βῆχες, καὶ βράγχοι, καὶ κόρυζαι: ἐνίοισι δὲ καὶ φθίσιες.

Si verò æſtas ſicca & aquilonia fuerit, autumnus verò pluvioſus admodum & auſtrinus, dolores capitis hyeme fiunt & tuſſes, raucitates atque gravedines, nonnullis & tabes accidit.

[Quia quando humiditates multæ acres, per æſtatem & autumnum collectæ, propter hyemis frigiditatem in corpore, imprimis in capite, retinentur, capitis dolores, ob continui ſolutionem, & ubi debito modo non excernuntur, ſed condenſantur, & in partes inferiores defluunt, prædictos morbos & ſymptomata creant. Gal in com. 2.art.medic. 6. aph.com.2. 7.aph.com. 16. 1.

16. 1. de morb. vulg. conſt. 23. Hipp. lib. de aëre.] 3. Aph. 11.

III. Aphor. 17.

Αἱ δὲ καθ' ἡμέραν καταστάσιες, αἱ μὲν βόρειοι τά τε σώματα ξυνιστᾶσι, καὶ εὔτονα, καὶ εὐκίνητα, καὶ εὔχροα, καὶ εὐηκοώτερα ποιέουσι, καὶ τὰς κοιλίας ξηραίνουσι, καὶ τὰ ὄμματα δάκνουσι, καὶ περὶ τὸν θώρακα ἄλγημα, ἤν τι προϋπάρχῃ, πονέουσι μᾶλλον. Αἱ δὲ νότιοι διαλύουσι τὰ σώματα, καὶ ὑγραίνουσι, καὶ καρηβαρίας, καὶ βαρυηκοΐας, καὶ ἰλίγγους ἐμποιέουσιν: ἔν τε τοῖσιν ὀφθαλμοῖσι, καὶ ἐν τοῖσι σώμασι δυσκινησίην, καὶ τὰς κοιλίας ὑγραίνουσιν.

Diariæ conſtitutiones, aquiloniæ quidem cogunt corpora & robuſtiora & agiliora, coloratiora, & rectius audientia reddunt, alvos præterea exiccant, oculos mordent, & dolorem, ſi quis thoracem obſederit, augent. Auſtrinæ autem corpora efficiunt languida & humectant, caput gravant, auditum hebetant, vertiginem afferunt, oculis & corporibus difficilem motum concitant & alvos humectant.

[Aquilo per ſe humidis & ſanis corporibus convenit, conſumit enim humiditates & actiones totius corporis con-

confortat. Econtrà alvum aſtringit; facultatem expultricem exiccando ignavam reddit, pectoris autem affectus ſuâ frigiditate acerbiores reddit; frigus enim pectori inimicum. Auſter verò contrarium facit: Nam quemadmodum aquilo humiditates abſumit, corpora roborat & firmat: Ita auſter eorundem robur diſſolvit, partes relaxat, calorem nativum minuit, omnes tres coctiones debilitat, appetentiam dejicit, cerebrum humectat: Unde varij morbi, ut catarrhus, vertigo, dolores oculorum, epilepſia, alvi humectatio &c. Gal. in com. 1. de tuend. ſanit. 5. aph. com. 20. 4. de ſimpl. med. fac. c. 2. 5. aph. 24. 7. aph. com. 16. 3. aph. com. 5. 15.] Gal. 4. de ſimpl. med. facult. c. 1. 2. Aph. 53.

III. Aph. 23.

Τοῦ δὲ χειμῶνος, πλευρίτιδες, περιπνευμονίαι, λήθαργοι, κόρυζαι, βράγχοι, βῆχες, πόνοι στηθέων καὶ πλευρέων, ὀσφύος, κεφαλαλγίαι, ἴλιγγοι, ἀποπληξίαι.

Hyeme pleuritides, pulmonis inflammationes, lethargi, gravedines, raucedines, tuſſes, dolores pectoris, laterum & lumborum;

rum, cephalalgiæ, vertigines & apoplexiæ.

[Quia hyems frigida & humida: frigus autem capiti & pectori inimicum; multis enim partibus ſpermaticis, quæ frigus ferre non poſſunt, conſtant, hinc humores à frigore & humiditate augentur, & multa excrementa coacervantur, quæ caput facilè excipit & pectori communicat, undè morbi, quorum in aphoriſmo fit mentio. Gal. in com. 2. aph. com. 25. 2. M.M. c. 25. aph. com. 8. 17. & 24.] Gal. lib. 8. de placitis, Hipp. & Plat.

V. Aphor. 18.

Τὸ ψυχρὸν πολέμιον ὀστέοισιν, ὀδοῦσι, νεύροις, ἐγκεφάλῳ, νωτιαίῳ μυελῷ: τὸ δὲ θερμὸν, ὠφέλιμον.

Frigidum inimicum oſſibus, dentibus, nervis, cerebro, dorſali medullæ: Calidum verò amicum ſeu utile.

[Quia frigus omnibus membris frigidis & exanguibus (ut notum) inimicum. Galen. in com. 4. de ſimpl. med. fac. 2. lib. de inæq. intemperie.] Lib. 2. de art. med.

V. A-

V. Aphor. 22.

Τὸ θερμὸν ἐκπυητικὸν, οὐκ ἐπὶ παντὶ ἕλκει, μέγιστον σημεῖον ἐς ἀσφαλείην: δέρμα μαλάσσει, ἰσχναίνει, ἀνώδυνον: ῥιγέων, σπασμῶν, τετάνων παρηγορικόν: τὴν δ' ἐν κεφαλῇ καρηβαρίην λύει. Πλεῖστον δὲ ξυμφέρει ὀστέων κατήγμασι, μάλιστα δὲ τοῖσιν ἐψιλωμένοισι: τουτέων δὲ μάλιστα τοῖσιν ἐν κεφαλῇ ἕλκεα ἔχουσι, καὶ ὁκόσα ὑπὸ ψύξιος θνήσκει, ἢ ἑλκοῦται, καὶ ἕρπησιν ἐσθιομένοισι, ἕδρῃ, αἰδοίῳ, ὑστέρῃ, κύστει, τουτέοισι τὸ θερμὸν φίλιον καὶ κρῖνον: τὸ δὲ ψυχρὸν πολέμιον καὶ κτεῖνον.

Calidum ubi pus movet, non tamen in omni ulcere, maximum ſecuritatis indicium præſtat, cutem emollit, extenuat, dolorem lenit, rigores, convulſiones, tetanos mitigat, capitis gravitatem ſolvit, oſſibus fractis plurimum confert, maximè ſi denudata ſint, & ex iis maximè, quæ capitis ulcera habent, & iis etiam quæ à frigore moriuntur & ulcerantur & herpetibus exedentibus, ſedi, pudendo, utero, veſica: his calidum amicum & decretorium, frigidum verò inimicum & perimens.

[In hoc aphoriſmo Hipp. calidi juvamenta, ſicuti 16. aph. quintæ ſectio-

nis

nis calidi incommoda explicat. 1. Calidum pus movet, quia ſanguinem in pus mutat, modò ulcera non ſint putrida & fluxum habeant. 2. Cutem emollit; extenuat; dolorem lenit, ut balneum aquæ dulcis, fomentationes, emplaſtra calida. 3. Rigores & tetanos levat, quia ſunt frigidi effectus, humores enim frigidos & flatus nervis infarctos diſſolvit. 4. Capitis gravitatem, modò non ſit valdè repletum, ſolvit, quia vapores caput replentes reſolvit. 5. Calidum etiam fractis oſſibus prodeſt, maximè ſi denudata ſint, præſertim in capite, quia pruritum ſedat; facit ad calli generationem, excrementa collecta extenuat & reſolvit, calorem innatum in ſuppuratione & conſolidatione oſſis juvat; (caput enim ratione multarum partium ſpermaticarum frigidum eſt) & dolorem mitigat: præterea partibus emortuis à frigore calidum, moderatum nimirum, adjutorium eſt. In ſummâ omnibus partibus frigidis & exanguibus, ut ano, pudendo, utero, veſicæ &c. conducit: exceſſum enim frigiditatis reprimit. Et ut

 cali-

calidum ſolvit prædictos affectus, ita frigidi intempeſtivus uſus ad interitum ducit. Gal. in com. 4. de ſimpl. med. c. 4. 2. aph. com. 47. 1. progn. com. 46. 2. de temp. 2. de rat. vict. ac. 1. de horror. & rigor. c. 7. 2. de rat. vict. c. 10. 6. M. M. c. 5.]

V. Aphor. 28.

Γυναικείων ἀγωγὸν ἡ ἐν ἀρώμασι πυρίη, πολλαχοῦ ἂν καὶ εἰς ἄλλα χρησίμη ἂν ἦν, εἰ μὴ καρηβαρίας ἐνεποίεε.

Suffitus ex aromatibus muliebria ducit, ſæpè verò & ad alia utilis eſſet, niſi capitis gravitates induceret.

[Quando menſes obſtruuntur, vel ob ſanguinis craſſitiem, vel acetabulorum obſtructionem &c. tunc provocantur ſuffitu aromatum, hæc enim habent vim incidendi, attenuandi craſſos & viſcoſos humores, vaſis uteri ipſorumque orificiis infarctos, ſubſtantiam uteri denſam rarefaciunt, venas reſerant, ſeroſas humiditates exiccant, virtutem roborant & aliquâ acredine vim expultricem excitant & ſtimulant. Econtra in intemperie uteri calidâ, inflammatione, ſcirrho, eroſio-ne,

ne,aromata locum non habent. Præ-tereà aromata capiti cacochymico ſive multis humoribus repleto non pro-ſunt.Gal.in com.5.aph.com.57.59.62. Hipp.1.de morb.mul.3. de ſympt.cauſ. c.4. 2.de fac.alim.]

V. Aphor.68.

Τὰ ὄπισθεν τῆς κεφαλῆς ὀδυνωμένῳ, ἡ ἐν μετώπῳ ὀρθὴ φλὲψ τμηθεῖσα, ὠφελέει.

Dolenti partem capitis poſteriorem, vena in fronte recta ſecta prodeſt.

[Quia cauſa doloris à loco dolente avertitur:duo enim rami ex venâ jugu-lari elevantur, quorum alter ad occi-put, alter ad frontem & tempora fer-tur: ideoque ſanguis è frontis venâ e-ductus ratione revulſionis prodeſt: E-undem uſum habebit vena in occipite ſecta, ſed hoc remedium in corpore plethorico non habebit locum, niſi prius obſtructiones reſerentur, & to-tum corpus medicamento appropria-to purgatum ſit. Gal.in com. 4.M.M.c. 6.6.aph.com.47.13.M.M. 5.aph. com. 50.4.de vict.acut. com. 26.2.aph.com. 22.5.M.M. 3.lib. de anat. viv. Hipp. 6. Epid.c. 9. & 27.] *Gal.li.6 de morb. popul. p. 2.com. 30.*

VI. Aphor. 10.

Κεφαλὴν πονέοντι καὶ περιωδυνέοντι, πύον, ἢ ὕδωρ, ἢ αἷμα ῥυὲν κατὰ τὰς ῥῖνας, ἢ κατὰ τὰ ὦτα, ἢ κατὰ τὸ στόμα, λύει τὸ νόσημα.

Capite laboranti & circumdolenti pus, vel aqua, vel ſanguis fluens per nares, aut aures, aut os, ſolvit morbum.

[Quia materia morbifica tanquam cauſa doloris fuit excreta. Quando verò dolor à flatibus, diſcutientibus; ſi à bile, medicamento bilem purgante; ſi à nudâ intemperie, alterantibus; ſi à plethorâ, venæ ſectione curatur. Gal. in com. 2. aph. 22. 7. M. M. c. 13. 1. art. cur. ad Glauc. c. 1. 3. art. med.]

VII. Aphor. 14.

Ἐπὶ πληγῇ ἐς τὴν κεφαλὴν ἔκπληξις, ἢ παραφροσύνη, κακόν.

Ex ictu capitis ſtupor, aut deſipientia, malum.

[Hoc fit ob preſſionem vel obſtructionem ventriculorum cerebri, & ſpirituum defectum motumque perturbatum & impeditum à concuſſione magnâ, & quod ictus intra cerebrum penetraverit. Gal. in com. Hipp. 7. aphor. 18.]

Vide

Vide aph.	17	ſectionis	3	ſubtit. de	feb. quotidianâ.
	10		4		reliq.feb.ſympt.
	65		5		febr. longis.
	51		6		reliq.feb.ſympt.

APHORISMI
PRACTICI.

1. Curatio doloris capitis à ſanguine, vel ab alijs humoribus ſanguini permiſtis, à venæ ſectione incipienda.

2. Si humor à ſanguine diverſus dolorem capitis excitet, concoquendus & purgandus, modò non turgeat, turgens enim humor ſtatim evacuandus.

3. Digeſtiva medicamenta in dolore capitis exhibenda poſt cœnam, quia eorum vis plus ad caput fertur, quàm jejuno ſtomacho.

4. In humorali capitis dolore, humor clyſteribus, vel purgante aliquo medicamento deorſum revellendus: ventris enim ſolutio à capite revellit.

5. Humore concocto, evacuari debet purgantibus, quæ diutius in ſtomacho morari ſolent, ideoque commodior eſt forma ſolida, ut pilularum.

Digitized by Google

6. Capitis dolor à repletione, vel cauſâ frigidâ, levatur paucitate cibi vel potus, maximè vini & ſomno longo.

7. In cauſâ calidâ doloris cibi paucitas nocet, auget enim dolorem.

8. Quando repletio capitis eſt particularis, vacuationes etiam ſint particulares, ut ſunt apophlegmatiſmi, Errhina, Gargariſmi.

9. Maſticatoria & Gargariſmi, ſi dolor capitis eſt à bilioſo & ſeroſo humore, vel catarrho, ſuſpecta ſunt, facilè enim his pulmones debiles læduntur.

10. Fortiter reſolventia in dolore capitis ſine ſtypticorum admiſtione non applicentur.

11. Quando vapores aſcendentes dolori cauſam præbent, revulſio fiat clyſteribus, pedum frictione, materiæ antecedentis evacuatione: vapores autem recepti diſcutiantur, caput, ne vapores recipiat, confortetur & accidentia corrigantur.

12. In omnibus etiã capitis doloribus fricatio pedũ & tibiarum optimũ remediũ.

13. Si capitis dolor catarrhum conjunctum habet, imprimis ante corporis evacua-

vacuationem, fométa, lotiones pedum & capitis ſunt prætermittendæ, ne colliquatis & fuſis humoribus, catarrhus & capitis dolor augeantur.

14. In reſolvendo incipere debemus à levioribus, fortia enim plus commovent quàm reſolvunt.

15. Calida & reſolvẽtia non niſi ventriculo vacuo capiti adhibenda, ne calefactũ caput vapores copioſiores attrahat.

16. Quæ in cauſâ calidâ admoventur, mutare ſæpè oportet, nam calefacta calefaciunt.

17. Narcotica probè correcta non niſi materiâ, vehementer furẽte aut neceſſitate extremâ urgente, & quidem temporibus & fronti, non commiſſuræ coronali, applicanda.

18. Topica refrigerantia in dolore capitis ſubindè immutentur, ne calorem à corpore acquirant, & ſic plus noxæ, quàm adjumenti afferant.

19. In doloribus capitis & cõtumacibus & diuturnis, veſicatoria non nocent.

20. In doloribus capitis, ubi oculi imbecilles & fluxionibus obnoxij, Errhina & ſternutatoria non ordinanda.

21. Si cerebrum per conſenſum afficiatur, non partis mandantis, ſive ſit Vētriculus, Epar, Lien Uterus, ſive partes exteriores, ſed partis recipientis, cerebri nimirum intemperiei habenda ratio.

22. In meningium inflammatione, in principio proſunt repercutientia; in augmento & ſtatu reſolventia; maturantia verò vitanda, ne materia in pus vertatur, & ægrum interficiat.

23. Quotidiè ventrem mollire, capitis doloribus utile.

24. Dolor capitis à nudâ intemperie ſolis alterantibus curatur.

25. Venæ ſectio frontis & narium dolorem capitis pertinacem & chronicum tollit.

26. Dolor capitis in febribus putridis uſu externo frigidorum & repercutientium, non præmiſsâ humoris peccantis evacuatione, manifeſtò augetur: impedit enim vaporum extráctionem.

27. In dolore capitis in morbis, imprimis febribus acutis, cautè agendum cum localibus circa caput: Sæpè enim

his,

his,in diebus criticis criſis,quæ per hæmorrhagiam fit, impeditur, vel febrilem vaporem transpirare vetant.

28. Qui dolorem capitis patiuntur, ijs longè à cibo ſomnus capiendus eſt, propter repletionem, quam facit talis ſomnus.

29. Vinum in dolore capitis ſummoperè cavendum.

30. Si dolor eſt à percuſſione, primo ſedandus eſt dolor, ne fiat attractio humoris ad apoſtema, caputque confortandum.

31. In doloribus capitis ex morbo Gallico Errhina non proſunt.

32. Dolor capitis ebriorum curatur vomitu, jejunio, & ſomno.

DE LETHARGO.

Vide aph. {3, 23} ſect. {30, 3} ſub t. de {febr. ard., dolore Capitis.}

APHORISMI PRACTICI.

1. In principio lethargi vomitus non nocet.

2. Clyſteres acuti, præmiſſis frictionibus frequenter inijciantur.

3. Ubi plethora, & humor ſanguini

admiſtus, nec fuerit quod prohibeat, primò vena brachij, deinde ſuralis ſuper pollicem pedis dextri vel ſiniſtri aperienda.

4. Poſt venæ ſectionem, ſi morbus det inducias, humor peccans præparãdus, deinde evacuandus. Urgente autem neceſſitate ſtatim purgantia absq; præmiſsâ præparatione & quidem in principio clementia, deinde fortia præſcribenda.

5. Excitetur æger omnibus modis.

6. Frictiones & ligaturæ etiam extremitatum fortes non intermittantur.

7. In principio ſternutatoria non præſcribenda, quia his magis funditur materia & magis impingitur.

8. Repellentia non ſummè frigida, nec etiam ſummè aſtringentia applicanda proſunt ol. roſ. acetum ſimpl. roſ. & ſcyllit. caſtoreum conquaſſatum &c.

9. Applicentur pro re natâ occipiti cucurbitulæ, cum & ſine ſcarificatione. Hirudines quoque interdum non absq; allevatione affiguntur.

10. Dropaces & veſicatoria in hoc morbo ſcapulis, humeris, deraſo capite vertici,

tici, & ſuper ſuturam coronalem commendantur. Errhinorum uſus ijs, qui ophthalmiâ laborant & ad phthiſin proni ſunt, nocet.

11. Gargarismi etiam proſunt.

12. Suffitus, quia caput replet, in hoc affectu meritò improbatur.

13. Univerſalibus evacuationibus præmiſſis diuretica & ſudorifera nō nocēt.

14. Diætam quod attinet, aër ſit moderatè calidus.

15. Cibus ſit tenuis & facilis digeſtionis, etiam cibi pituitoſi & vaporoſi, ut piſces ac legumina, fructus frigidi, &c. vitentur.

16. In principio æger à vino abſtineat, potus ergo ſit cereviſia defæcata.

17. Quia æger obliviofus, ac cùm mictionis, tùm egeſtionis obliviſcatur, admonendus, ne excrementa alvi & urinam diutius detineat.

DE CATARRHO.

III. Aphor. 12.

Ἢν δὲ νότιος ὁ χειμὼν καὶ ἔπομβρος καὶ εὔδιος γένηται, τὸ δὲ ἔαρ αὐχμηρὸν καὶ βόρειον, αἱ μὲν γυναῖκες, ᾗσιν τόκοι πρὸς τὸ ἦρ, ἐκ πάσης προφάσιος ἐκτιτρώσκουσιν, αἳ δ᾽ ἂν τίκωσιν, ἀκρα-

καὶ νοσώδεα τὰ παιδία τίκτουσιν, ὥστε ἢ παραυτίκα ἀπόλλυσθαι, ἢ λεπτὰ καὶ νοσώδεα ζῆν ἐόντα. Τοῖσι δὲ ἄλλοισι δυσεντερίαι καὶ ὀφθαλμίαι ξηραὶ γίνονται, τοῖσι δὲ πρεσβυτέροισι, κατάῤῥοι συντόμως ἀπολλύντες.

Si verò hyems auſtrina & pluvioſa fuerit, ver autem ſiccum & aquilonium, mulieres quibus partus vere imminet ex quacunque occaſione abortiunt, quæ verò pepererint, imbecillos & morbidos partus edent, ita ut vel ſtatim intereant, aut invalidi & valetudinarij vivant. Cæteris verò dyſenteriæ & ophthalmiæ ſiccæ fiunt. Senioribus verò catarrhi citò interimentes.

[Quia quando Ver frigidum & aquilonium, humiditates prçteritâ auſtrinâ & pluvioſâ hyeme collectæ uteri acetabula, accedente levi occaſione, ut dolor, labor, motus, mala victus ratio, diſſolvunt. Hinc abortus; deindè prædictç humiditates cauſſare etiam poſſunt ophthalmiam, dyſenteriam, item catarrhum ſuffocativum, apoplexiam, ob venarum colliquationem & nervorum diſſolutionem. Gal. in com. lib. de aëre aquis & locis &c.]

III.

III. Aphor. 31.

Τοῖσι δὲ πρεσβύτῃσι, δύσπνοιαι, κατάῤῥοι βηχώδεες, στραγγουρίαι, δυσουρίαι, ἄρθρων πόνοι, νεφρίτιδες, ἴλιγγοι, ἀποπληξίαι, καχεξίαι, ξυσμοὶ τοῦ σώματος ὅλου, ἀγρυπνίαι, κοιλίης, καὶ ὀφθαλμῶν, καὶ ῥινῶν ὑγρότητες, ἀμβλυωπίαι, γλαυκώσιες, βαρυηκοΐαι.

Senibus autem ſpirandi difficultates, deſtillationes cum tuſſi ſtillicidia & difficultates urinæ, articulorum dolores, renum mala, vertigines, apoplexia, malus corporis habitus, pruritus univerſi corporis, vigiliæ, ventris & oculorum nariumque humiditates, hebetudines oculorum; glaucedines & auditus gravis.

[Quia ſenibus adeſt calidi innati defectus, excrementorum imprimis pituitoſorum abundantia, omnium viſcerum tàm internorum quàm externorum infirmitas & frigiditas, hinc prædicti morbi. Gal. in com. Hipp. 6. aph. 56. 57. 5. & 6. de ſanit. tuend. 1. aphor. com 15. 4 de loc. aff. 9. 2. de loc. aff. c. 5. 3. aphor. com. 5. 7. aph. com. 37. 2. de ſympt. cauſ. 4. & 6. 7. de comp. medic. c. 1. 6 aph. com. 59. 2. aphor. 40. & 42. 3. aph. com. 26. 4. aph. com. 17. 3. aph. 17. 7.

17.7.aph.6.8.] Gal. lib. artis medicinalis c.27.lib.10.de uſu part.

V. Aphor. 24.

Τὰ ψυχρὰ, οἷον χιὼν καὶ κρύσταλλος, στήθει πολέμια, βηχέων κινητικὰ καὶ αἱμοῤῥαγικὰ καὶ καταῤῥοϊκά.

Frigida, qualis nix & glacies, pectori inimica, tuſſes movent, ſanguinis profluvia & deſtillationes excitant.

[Quia frigida partibus ſpiritalibus ſunt inimica, easque mordent, faucibus intemperiem inducunt; vaſis diſruptis ſanguinem ſæpius manare faciunt, & deſtillationibus ex capite thoracem offendunt, atque ſic tuſſim movent &c. Ideoq; nemo vinum & aquam nive gelatam, omni tempore, citra valetudinis jacturam bibere poteſt. Gal. in com. 6. de morb. vulg. ſect. 6. 5. aph. com. 17. & 18. 3. de morb. vulg. com. 14. Hipp. 6. Epid. 3. com. 14. lib. de diff. reſpir. 2. de ſympt. cauſ. c. 6. 7. aphor. com. 38.]

VII. Aphor. 30.

Ὁκόσοισιν ἀφρώδεα τὰ ὑποχωρήματα ἐν

τῆσι

τῇσι διαῤῥοίησι, ϕροτίοισιν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς φλέγμα καταῤῥεῖ.

Quibus in alvi profluviis ſpumoſa ſunt alvi excrementa, iis ex capite pituita defluit.

[Excrementa in alvi profluvijs fiunt ſpumoſa, & ſpiritus flatuoſi, qui humori commiſcentur pituitoſo & viſcoſo, ob calorem vehemẽtem, motum & multitudinem. Galen. in com. Hipp. 3 de vict. acut. 18. 1. prorrh. com. 21. 2. progn. c. 47. lib. de atrâ bile, l. 2. art. med. 5. aph. 39.] Lib. de loc. 1. c. 4.

VII. Aphor. 38.

Καταῤῥόοι ἐς τὴν ἄνω κοιλίην ἐκπυοῦνται ἐν ἡμέρῃσιν εἴκοσιν.

Deſtillationes in ventrem ſuperiorem intra 20. dies ſuppurantur.

[Quia pituita à capite ad thoracem delapſa facilè, ob pulmonum, cordis & vaſorum caliditatẽ in pus convertitur, nimirum in 20. diebus. Eſt autẽ 14. terminus internus morborum acutorum, externus autem ut alij docent, 20. eſt, intra quem limitem ſolent ſuppurari tumo-

tumores, qui morbos acutos faciunt, quales ſunt, qui ad ſuperiorem ventrem ſpectant. Gal. in com. 7. aph. 16. 3. aph. com. 15. 1. progn. 44. lib. 1. de morb. 7. aph. 36. 2. de criſ. c. 12. 6. aph. com. 20.]

VII. Aphor. 74.

Ἐπὶ αἵματος ἐμέτῳ φθόη, καὶ πύου κάθαρσις ἄνω, καὶ τῇ φθόῃ, ῥεῦμα ἐκ τῆς κεφαλῆς, καὶ τῷ ῥεύματι διάρροια; καὶ διαρροίᾳ σχέσις τῆς ἄνω καθάρσεως, καὶ τῇ σχέσει, θάνατος.

A ſanguinis vomitu tabes & puris purgatio per ſuperiora; à tabe fluxus ex capite; à fluxu capitis diarrhœa; à diarrhœâ fluxus capitis; à fluxus ceſſatione mors.

[A ſanguinis ſputo puris ſputum, à puris ſputo tabes; à tabe pulmonum inflammatio; ab inflammatione pulmonum cerebri calefactio; à cerebri calefactione humorum & vaporum attractio; ab attractione humorum catarrhus, qui pulmones petit & catarrhum auget; à catarrho interdum profluvium alvi cum virium dejectione; à profluvio excrementorum per inferiora retentio; à retentione mors. Gal. in com. Hipp. 7. aph. 15. & 16.]

APHO-

APHORISMI PRACTICI.

1. Catarrhi curatio tribus potiſſimum perficitur modis, 1. ut victus ratio inſtituatur idonea. 2. ut materia peccans præparetur, evacuetur, avertatur derivetur & diſcutiatur. 3. Ut concitatior fluxio ſiſtatur.

2. Catarrhus, ſi cum impetu irruat, & quidem ab Epate calidiore & ſanguine fervidiore oriatur, & plethora adſit, ſtatim vel vena ſecanda, vel purgatione, aut clyſtere materia peccans absque præmiſſâ præparatione evacuanda.

3. Fortia purgantia in principio non ſunt ordinanda, ne humor, qui fluit, magis exagitetur.

4. Præmiſſis evacuationibus univerſalibus, particulares pro re natâ per Errhina, apophlegmatismos & gargarismos non negligendæ.

5. In Aſthmate, tabe & thorace repleto Gargarismi fugiendi.

6. In Catarrho periodico proſunt pilulæ Iodriæ Angelicæ.

Digitized by Google

7. Membri mandantis ſemper habenda ratio.

8. Si catarrhus ἀθρόως ad pectus fluat, ut in catarrho ſuffocativo fieri ſolet, in plures partes diſtrahatur, avertatur, revellatur, intercipiatur, incraſſetur.

9. Recta victus ratio imprimis tenenda eſt.

10. Aër ſit temperatus, non auſtrinus, vel aquilonarius.

11. Tempore non calido haberi poteſt ignis in cubiculo, quia calidus aër ſuperfluos humores conſumit.

12. Cibo utatur patiens tenui & moderato, nec non facilis coctionis, quales ſunt cremor ptiſanæ, juſcula caponum &c.

13. Omnia ſalsa, arida & acria vitanda.

14. Cœnæ parcitas ad curationem catarrhi multum facit.

15. Uſus coriandri in fine paſtus ad præſervationẽ & curationem prodeſt.

16. Errant, qui eſum ſinapis probant, quia replet caput vaporibus.

17. Potus ſuperfluus nocet.

18. A vino arcendus eſt æger.

19. In catarrho calido prodeſt de-

coctum

coctum ex hordeo, Glycyrrhiza, ſem. aniſi, cinam.& cor.cerv.uſto paratum.

20. Sitis,fames, ſudor,vigiliæ, labor & mucorum expulſio,materiam catarrhoſam conſumunt.

21. Somnus diurnus, longa quies,intempeſtivæ lucubrationes & alvi obſtructiones, catarrhoſis officiunt.

22. Motus & fricatio extremitatum partium infernarum catarrhoſis proſunt, materiam deorſum trahendo, hinc textores rarò, ob pedum eorum motum, catarrhis laborant.

23. Studiosè vitent ægri durante catarrho balnea & venerem.

24. Catarrhi,non niſi urgẽte neceſſitate,narcoticis &probè correctis ſiſtendi.

25. Caput & aliæ partes debito modo tàm internis, quàm externis medicamentis confortandæ, ut ſunt ſuffitus, pileoli ſive cucuphæ, odoramenta correcta, emplaſtra. (locum habent.

26. Lotiones capitis & pedũ hîc quoq;

27. Sternutatio in principio catarrhi nocet,humores enim non ſolum commovet; verùm etiam attrahit: Ideoq; in uſu nicotianæ cautè agendum.

II. Aphor. 42.

Λύειν ἀποπληξίην ἰσχυρὴν μὲν ἀδύνατον, ἀσθενέα δὲ οὐ ῥηΐδιον.

Apoplexiam fortem ſolvere impoßibile eſt, debilem verò non facile.

[Quia apoplexia ſtertoroſa (quæ fit ob principij nervorum in cerebri baſi anguſtiam, à compreſſione, obſtructione, vel inflammatione cauſatam, nec non ob ſpirituum animalium vitium) tollit omnem vim reſpirationis: Spiritus enim animales ad partes infernas tranſire non poſſunt, hinc homo non poteſt diu ſuperſtes eſſe, reſpiratione ſublatâ. Gal. in com. 3. de loc. affect. c. 2. 6. de uſu part. 2. & 4. lib. de utilit. reſpir. c. 1, 2. aph. com. 42. 4. de vict. acut. 23.] Lib. 3. de loc. pa. c. 7.

VI. Aphor. 57.

Ἀπόπληκτοι δὲ μάλιστα γίνονται ἡλικίῃ τῇ ἀπὸ τεσσαράκοντα ἐτέων ἄχρις ἑξήκοντα.

Apoplexiæ maximè fiunt in ætate, quæ eſt à 40. anno uſque ad 60

[Quia hoc tempore melancholici & pituitoſi humoris major copia coacer-

cervatur: hoc in loco intelligenda eſt apoplexia, quæ ex atrâ bile fit, quæ à quadrageſimo anno usque ad 60. maximè abundat, ut aphoriſmus docet. Gal. in com. 2. de ſympt. cauſ. c.7.2. aphor. com.42.3 de loc.aff. c.7 6. aphor. com. 39. 3. de loc. aff. c.5. 3.aph. com. 30. 1. aph 13. 3. aph. com. 3.]

VII. Aphor. 58.

Ὁκόσοισι δ' ἂν ὁ ἐγκέφαλος σεισθῇ ὑπό τινος προφάσιος, ἀνάγκη ἀφώνους γίνεσθαι παραχρῆμα.

Quibus cerebrum ex cauſsâ aliquâ externâ concuſſum fuerit, eos repentè mutos fieri neceſſe eſt.

[Quia concuſſione interdum membranæ cerebri læduntur: hinc ob hanc aliamque cauſſam actiones animales, deficientibus, vel non rectè habentibus ſpiritibus animalibus, abolentur. Ideoque tales muti fiunt. Gal. in com. 6. aph.com. 51. 7. aphor. com 59. 5. aph. com. 5. 7. aph. com. 14. 1. aph. 7. Hipp. in coac. 6. aph. com. 50.]

VI. Aphor. 56.

Τοῖσι μελαγχολικοῖσι νουσήμασιν ἐς τὰς δ' ἐπι-

ἐπικίνδυνοι αἱ ἀποσκήψιες, ἢ ἀποπληξίην τοῦ σώματος, ἢ σπασμὸν, ἢ μανίην, ἢ τύφλωσιν σημαίνει.

Morbis melancholicis per hæc tempora periculoſi humorum decubitus, vel apoplexiam corporis, vel convulſionem, vel maniam, vel cæcitatem denunciant.

[Quando humor vel vapor melancholicus transfertur ad cerebrum, ſuâ malignâ & acri qualitate Epilepſiam; ad meninges phrenitidem, ad baſin cerebri, eandem occludēdo, ſpirituumq́; animalium è cerebro effluxum impediendo, apoplexiam; ad oculos, cæcitatem; ad partes fibroſas ſive nervoſas musculorum, ſpaſmum excitat. Gal. in com. Hipp. 1. Epid. 2.7. aph. 40. art. curat. ad Glauc. c. 7. 5. aph. 5. 6. aph. 51. 3. de loc. aff. 5.]

Vide aph.	16	ſectionis	3	ſub tit. de	febribus longis.
	31		3		catarrho.
	23		3		dolore capitis.
	51		6		reliq. feb. ſympt.

APHORISMI PRACTICI.

1. In principio Medicus debet ad curam apoplexiæ feſtinare, morbus enim non dat inducias.

2. Vo-

2. Vomitoria ob metum ſuffocationis non exhibenda, imprimis Antimonij uſus fugiendus.
3. Venæ ſectio, ſi plethora adſit, i.e. ſi apoplexia ſanguinea ſit, inſtituēda in cephalicâ utrâq; & ſaphenâ, & ſub linguâ.
4. Ante & poſt venæ ſectionem clyſteres in principio in juſtâ quantitate revulſionis & evacuationis, poſtea mordicationis & excalefactionis gratia, & quidem in dimidiatâ quantitate, ut diutiùs retineantur, & ſi diutiùs retenti, tormina & alia ſymptomata excitent, ſuppoſitoriis elicientur.
5. Adhibeantur frictiones fortes & continuæ.
6. Cucurbitulæ multæ lumbis, brachijs & ſcapulis affigendæ, inprimis quando venæ ſectio locum non habet, ut in obeſis mollioribus & debilioribus corporibus &c.
7. Ligaturæ dolorificæ etiam non nocent, verùm in his diutiùs non perſiſtēdum, ne pars gangrænam incurrat, ſed partes modò ſtringātur, modò laxētur.
8. Sternutamenta, præmiſſis præmittendis, adhibenda.

9. Repellentia cautè adhibenda, ne materiam vel humorem, quæ in ſuperficie eſt, intrò pellant.

10. Os ligno ſemper apertum teneatur.

11. Fricetur lingua & palatum theriacâ, mithridatio, & conf. Anacardinâ, ol. Garyoph. Balſ. apoplectico &c.

12. Fiat ſuffumigium cum ſuccino, asâ, thure.

13. Præſcribenda gargarismata, unguenta calida, embrochæ, lotiones pedum, cataplasmata, ſacculi, phœnigmi, cauteria actualia & potentialia.

14. Cauterium apoplecticis in commiſſurâ coronali inutile.

15. Victus ratio ſit tenuiſſima.

16. Apoplectici ante tres vel quatuor dies non ſunt ſepeliendi.

Paralyſis. 17. Si apoplexia vertatur in paralyſin, regatur patiens ut paralyticus.

18. Venæ ſectio, ubi plethora, non intermittenda; tundatur autem vena oppoſiti lateris, in parvâ quantitate ſanguis emittendus, ne diſcraſia frigida inducatur.

19. Materia, ſive humor peccans præparan-

parandus, incidendus, extenuandus, detergendus, deinde evacuandus, revellendus, derivandus, intemperies corrigenda, omnesque partes roborandæ, verùm ſemper à levioribus ad vehementiora progrediendum, quod benè notandum.

20. Si febris complicetur, frigida calidis miſcenda.

21. Si fiat propter apoſtema, curetur apoſtema.

22. Si ab intemperie, & quidem ſine materiâ, alterantia præſcribenda.

23. Si propter caſum fiat, medicamenta parti affectæ apponenda.

24. Diætam quod attinet, patiens ſe in loco calido & ſicco contineat, famem & ſitim toleret.

25. Sudor prodeſt, & frigus externum vitandum.

26. Membra reſoluta involvantur pellibus calidis, imprimis vulpinis & leporinis &c. Deinde alia topica adhibeantur.

DE MELANCHOLIA.

III. Aphor. 20.

Τοῦ μὲν ἦρ☉ τὰ μανικὰ, καὶ τὰ μελαγχολι-

χολικὰ, καὶ τὰ ἐπιληπτικὰ, καὶ αἵματος ῥύσιες· καὶ κυνάγχαι, καὶ κόρυζαι, καὶ βράγχοι, καὶ βῆχες, καὶ λέπραι, καὶ λειχῆνες, καὶ ἀλφοὶ, καὶ ἐξανθήσιες ἑλκώδεες πλεῖσται, καὶ φύματα, καὶ ἀρθριτικά.

Vere etiam furores, melancholiæ, morbi comitiales, ſanguinis profuſiones, anginæ, gravedines, raucitates, tuſſes, lepræ, impetigines, vitiligines, puſtulæ ulceroſæ plurimæ, tubercula, & articulorum dolores accidunt.

[Quia quando natura humores vitioſos; qui hyberno tempore in profundo corporis latitabant, verno tempore (nam corpora tunc rara & laxa ſunt) diſſolvit & movet, morbi varij pro humorum & partium corporis diverſitate, ut aphoriſmus docet, generantur. Ut ſi melancholicus diſſolvitur, generatur melãcholia, (cuius cauſa eſt phantaſma tenebricoſum, hujus verò cauſa eſt prava & tenebricoſa ſpirituum animalium diſpoſitio,) Mania, Epilepſia, lepra &c. Si pituita diſſolvitur, catarrhi, tuſſes, articulorum dolores: Si ſanguis, hæmorrhagiæ narium, hæmorrhoides &c. Si cholericus humor

mor cum phlegmate aquoſo, varij affectus cutis &c. de quibus aphoriſmus loquitur. Vernum ergò tempus ratione temporum præcedentium, multos; ratione ſui ipſius, paucos morbos generat, Gal. in com. 1. de ſanit. tuend. 3. de loc. aff. 5. & 2. de ſympt. cauſ. c. 7. Hipp. lib. de nat. hum. 1. de temp. 2. de temp. 1. Epid. 1. Celſ. l. 5. 6. de popul. morb. p. 3. & 5. com. 20. 3. de popul. p. 13. ſect. 5.

IV. Aphor. 9.

Τοὺς δὲ μελαγχολικοὺς ἁδροτέρως τὰς κάτω, τῷ αὐτῷ λογισμῷ τὰ ἐναντία προστιθέντας.

Melancholicos verò vehementiùs per inferiora purgare convenit, eâdem ratione contraria apponentes.

[Quia humor melancholicus eſt pertinax & difficulter eradicatur, ſedemq; ſuam habet in liene, vaſis ſpleneticis & meſaraicis: præterea etiam ſuo pondere promptiùs ad partes infernas fertur: Nam quò vergit humor, eò per loca convenientia ducatur. Gal. in com. 3. de loc. aff. c. 3. & 6. 2. de temper. 2. art. med. 3. de ſympt. cauſ. 7. 6. aph. com. 53. 1. aph. com. 12.] 4. Aph. 4.

VI. Aph. 11.

Τοῖσι μελαγχολικοῖσι καὶ τοῖσι νεφριτικοῖσι αἱμοῤῥοΐδες ἐπιγινόμεναι, ἀγαθόν.

Melancholicis & nephriticis hæmorrhoides ſupervenientes, bonum.

[Melancholicis bonum eſt, propter hæmorrhoides internas ; nephriticis, propter externas: Illæ habent ortum à venæ portæ ramo; hæ à ramo venæ cavæ: Vena cava autem in varias diſtribuitur propagines: aliæ enim, ut emulgentes, in renes; aliæ in veſicā; aliæ in uterum, imprimis illæ, quæ à ramo crurali ortum habent, diſtribuuntur: hinc non ſolùm nephriticis & melancholicis; verùm etiam mulieribus in menſium ſuppreſſione hæmorrhoides ſupervenientes, bonum. Gal. in com. Hipp. 6. Epid. 5. com. 25. 6. Epid 3. com. 37. 3. de humor. 26. 6. aphor. com. 47. 3. aphor. 30.]

VI. Aphor. 21.

Τοῖσι μαινομένοισι κιρσῶν ἢ αἱμοῤῥοΐδων ἐπιγινομένων, τῆς μανίης λύσις.

Si inſanis varices aut hæmorrhoides ſupervenerint, fit ſolutio inſaniæ.

[Quia

Digitized by Google

[Quia ſanguis, qui cauſa inſaniæ, ſive melancholiæ, quando à cerebro ad crurum venas, tanquam ad partes ignobiles defertur, varices efficit; ſi ad venas ani, hæmorrhoides fiunt: Inde ſolutio inſaniæ; naturam ergo adjuvare debemus. Gal. in com. lib. de ſympt. diff. 3. 2. de ſympt. cauſ. 7. 3. de loc. aff. 5. 4. aph. 9. 1. aphor. 21. lib. de tum. c. 19. 6. aph. 11. 1. prorrhet. 1. 2. Epid. 13. M.M. 11. 3. de ulcer. 2. Epid. 5.]

VI. Aphor. 23.

Ἢν φόβος καὶ δυσθυμίη πολὺν χρόνον ἔχουσα διατελέει, μελαγχολικὸν τὸ τοιοῦτον.

Si metus & mæſtitia longo tempore perſeverant, melancholicum hoc ſignum eſt.

[Quia ex humore melancholico, qui cerebrum occupat, generantur ſpiritus craſſi, frigidi, ſicci, qui omnem alacritatem extinguunt, meticuloſos ſegneſque homines reddunt. Incenſo verò humore melancholico, ſpiritus etiam agitantur, actiones mentis depravantur, & ſic inſania cum audaciâ & furore fit. Contraria ergo contrariis curantur, præmiſſis præmittendis.

Gal.

Gal.in com.6.aph.56. 1.de morb.vulg. 2.6.aph.com.53 2.de ſympt.cauſ.7.1. 2.de art. Medic. 6.aph.com.21.]

VII. Aphor. 5.

Ἐπὶ μανίῃ δυσεντερίη, ἢ ὕδρωψ, ἢ ἔκστασις, ἀγαθόν.

Poſt maniam dyſenteria, aut hydrops, aut mentis amotio, bonum.

[Quia natura materiam ſive cauſam morbificam ad aliam,& quidem ignobiliorem partem depellit, hinc fit critica ſolutio morbi, qui in alium morbum mutatur. Ergo morbus morbum curat, & bonum. Per dyſēteriam autem nō intelligit eam, quæ propriè talis,ſed eam, per quam ſanguis melancholicus per ſeceſſum deijcitur. Galen. in com. Hipp.6.aph. 42. 6.aph.com.26. 6. aph. 5. 5.aph.com.4. 4.aph.com.24.& 26.] Gal.tit.3. de morb.popul.1.

VII. Aphor. 40.

Ἢν ἡ γλῶσσα ἐξαίφνης ἀκρατὴς γένηται, ἢ ἀπόπληκτόν τι τοῦ σώματος, μελαγχολικὸν τὸ τοιοῦτο γίνεται.

Si lingua ſubitò impotens fiat, aut pars aliqua corporis ſyderata, aut reſoluta, tale melancholicum eſt.

[Quia

[Quia humor vel vapor melancholicus, aut pituitoſus ex cerebro in linguæ aliarumq́; partium capiti ſubjectarum muſculos deſcendit: hinc ſyderatio. Verùm humor melancholicus nõ adeo frequenter, uti pituita facere poteſt. Gal. in com. Hipp. lib. de morb. & in coac. It. 2. Epid. 5. 6. aph. 56. 57. Ariſt. 10. prol. 30. 3. de loc. aff. c. 6. 2. de ſympt. cauſ. 7. 5. aphor. com. 5. 2. de loc. aff. 1.]

	14		3		fe. acutâ.
	22	ſect.	3	ſubt. de	fe. quart.
	53		6		apoplex.
Vide aph.	56	Item 4. aph. 73. 5. aph. 64.			
	40				
	42				
	43				

APHORISMI PRACTICI.

1. Cauſa hujus mali gradatim digeratur & pedetentim, & quidem commodiùs potionib. quàm pilulis, evacuetur.

2. Cathartica ſemper debent cũ lenientibus & humectantibus eſſe permiſta, humores n. fortibus medicamentis cõmoti & exitũ non habentes, viſcerũ obſtructiones augent, aliaq́; ſymptomata excitant, & ſic plus nocẽt, quàm proſũt.

3. Per-

3. Peractâ primâ purgatione iterum potiones digerentes & purgantes iterandæ, & tamdiu continuandæ, donec reſiduum oppilationis integrè evacuatum ſit. Difficulter enim evacuatur.

4. Poſtea viſcera primæ & ſecundæ coctionis internis & externis medicamentis corroborentur.

5. Si fiat per conſenſum, materia divertatur & membri mandantis habeatur ratio.

6. Venæ ſectio non convenit, niſi ſanguis ſimul peccet.

7. Acetum quidem generat melancholiam, nihilominus tamen aliquid aceti medicamentis contra hunc affectum ordinatis, penetrationis gratiâ, & ut diſſecet, humoriſque craſſitiem attenuet, addendum.

8 In hoc affectu ſemper unà cor conſortandum, præcipuè cibo facilis coctionis.

9. Melancholicis hæmorrhoidum fluxus prodeſt; ex ramis enim venæ cavæ & portæ ſanguis evacuatur.

10. Melancholia confirmata difficulter, vel nunquam curatur.

11. Su-

11. Sudor melancholicis non prodeſt.

12. Coitus melancholicis per ſe nocet, quia exiccat: per accidens verò prodeſt, imprimis ijs, qui ex vaporibus elevatis à ſpermate corrupto retento melancholici fiunt, ſicuti interdum accidit viduis & virginibus; Virgines autem, viduæ & aliæ mulieres hoc modo ſæpè vexantur. 1. Virgines, quando ſanguis ad uterum confluit & exitum non habet. 2. Viduæ, ob curas & mœrorem &c. 3. Aliæ fœminæ, quando poſt partum purgationes ſupprimuntur, & non fluunt. Hinc quando ſanguis in utero cumulatus non effluit, corrumpitur, qui quando in venas ſuperiores regurgitat, eas replet, unde multi vapores melancholici ad cor & caput exhalant, huic affectui alijsque ſymptomatibus cauſam præbent, ut ſupra dictum.

13. Balneum aquæ dulcis, item thermæ & acidulæ poſt evacuationem non nocent.

14. Fruſtrà autem prædicta medicamenta uſurpantur, niſi diligens victus

 ratio

ratio acceſſerit, neglectâ enim victus ratione, medicamentis uti perinde eſt, ac ſi quis dextrâ manu ædificet & ſiniſtrâ iterum deſtruat.

15. Impinguatio corporis melancholici eſt optima cura.

16. In Melancholiâ Hypochondriacâ lieni & ventriculo proſpiciendum, verùm de hâc alio loco plura.

DE PHRENITIDE.

VII. Aphor. 12.

Ἐπὶ περιπνευμονίας φρενῖτις, κακόν.

A pulmoniâ phrenitis, malum.

[Quia peripnevmonia per ſe eſt morbus acutus, nimirum inflammatio pulmonis cum febre acutâ, quando verò muſculi thoracis etiam incaleſcunt & ſangvis fit ferventior, facilè per venas jugulares adſcendit ad cerebrum & meninges inflammat, unde delirium, & ſic malum eſt duplicatum. Galen. in com. Celſ. lib. 2. c. 7. Gal. 2. M.M. 2. 2. de criſ. c. 10. 4. de præſag. ex pulſ. c. 2. 4. aph. 34. 80.]

Vide

Vide aph.	30 / 72	ſect.	3 / 4	ſub t. / de	lethargo. / rel.feb.ſym.

APHORISMI PRACTICI.

1. Curatio phrenitidis quatuor intentionibus perficitur. 1. Evacuatione materiæ peccantis, & fit venæ ſectione & purgatione, id eſt, injectione enematis & ſumptione medicamenti purgantis. 2. fit repercuſſione materiæ ſive humoris calidi, nimirũ oxyrrhod. actu frigidis, ita tamen ut materia antecedens prius ſit evacuata. 3. conſiſtit in ſymptomatum mitigatione. 4. perficitur reſolvendo humorem calidum.

2. Statim in principio medicamentum purgans præſcribendum, ne materia turgens in partem laborantem ſeſe effundat, vel apoſtemati cauſſam præbeat, aut vires proſternat, hinc Rhabarbarum in phrenitide, & quidem qui duriori ſunt alvo, non valdè prodeſt.

3. In biliosâ cathartica leniora, ne humores excandeſcant; in pituitosâ, & ſi corpus robuſtum, valentiora proſunt.

4. In omni phrenitide vena aperienda, ſed in phlegmonode liberaliùs, quàm in Eryſipelatode.

5\. Vena frontis non ſemper tutò ſecatur; quia morbus interdum ſanguine copioſo attracto augetur. Tutius itaq; vena brachij, aut venæ ſedis aperiuntur: Cucurbitulæ etiam ſcarificatæ appoſitæ revulſionis gratiâ non nocent. Sãguis autem non ad animi deliquium mittendus.

6\. Patientes ſæpè ſuppreſſione urinæ laborant, frictione ergò pectinis & embrochatione petroſel. & chamomil. cæpa &c. nec non emulſionibus ex 4. ſem. frigid. &c. paratis ſuccurrendum.

7\. Aſſiduus uſus topicorum refrigerantium vitandus, ne morbus in lethargum commutetur: Cautè ergo agendum cum ſomniferis & repellentibus.

8\. Phrenitis terminatur criſi per ſudorem, qui ſi calidus, & quidem per totum corpus diffluit, bonus eſt.

9\. Terminatur etiam aliquando per hæmorrhagiam narium, nonnunquam per hæmorrhoides.

10\. Acetum etiam in hoc morbo parcè applicandum.

11\. Victus ratio ſit tenuiſſima, quia morbus peracutus eſt.

DE

II. Aphor. 2.

Ὅκου παραφροσύνην ὕπνος παύῃ, ἀγαθόν.

Vbi ſomnus delirium ſedaverit, bonum.

[Quia ſignificat cauſam morbi eſſe coctam & victam, calorem febrilem remiſſiorem, cerebri intemperiem calidam correctam, nec non humores calidos, bilioſos & acres temperatos, ſpirituumque perturbationem ab humorum bilioſorum & crudorum copiâ factam, ſopitam eſſe. Somnus ergo, non ſolùm hoc, verùm etiam alia multa ſymptomata mitigare ſolet, ut dolorē, ſitim, ardorem &c. Gal. in com. 4. aph. 5. & 67. 3. de loc. aff. 9. 4. aphor. com. 72. 6. aph. com. 56. 12. M.M. c. 3. 3. de fac. c. 7. 2. de facult. c. 4. 2. de rat. vict. ac. c. 4. lib. de ſympt. diff. c. 4. 4. de uſu part. 17.]

VI. Aph. 53.

Αἱ παραφροσύναι, αἱ μὲν μετὰ γέλωτος γινόμεναι, ἀσφαλέστεραι: αἱ δὲ μετὰ σπουδῆς, ἐπισφαλέστεραι.

Deſipientiæ quæ cum riſu fiunt, ſecuriores; quæ verò ſeriò, periculoſiores.

[Omnes deſipientiæ fiunt patiente cerebro, ſed differunt per cauſas ipſas efficientes; itaque deſipientię, quæ cum riſu ſunt, tutiores, quia ſanguis craſſus, limoſus, aut alius humor ſaltē incaluit, aut parum aduſtus, & ſimiles ſunt ijs quæ ebrietate contingunt cum riſu. Quæ verò cum ſtudio ſerio, periculoſiores: quia bilis vel bilioſus ſanguis nondum uſtus, ſed aſſari incipit. Quæ cum audaciâ, omnium periculoſiſſimæ; quia flava bilis vel humor bilioſus vehementiùs infervéſcit & in atram bilem degeneravit, aut humor melancholicus incaluit, aut malignam qualitatem ex putredine, aut aliâ corruptelâ concepit: tales ægri vociferantur, ejulant, & non niſi catenis retineri poſſunt. Galen. in com. 3. Epid. com. 2. 7. aphor. 14. 1. prorrh. c. 8. & 1. 4. 3. prog. com. 29. 1. prorrh. 30. 2. de fac. nat. 9. 4. aph. com. 21. 1. Epid. com. 19.]

VII. Aphor. 7.

Ἐκ πλυποσίης ῥῖγος καὶ παραφροσύνη, κακόν.

A multâ potatione rigor & delirium, malum.

[Quia copiâ vini non duntaxat cerebri meninges inflammantur, unde delirium, verùm etiam calor nativus opprimitur, ventriculi cerebri obſtruuntur, hinc apoplexia & rigor ob vaſorum immodicam repletionem. Gal. in com. 7. aph. com. 14. 6. aph. com. 5. 3. 5. de loc. aff.] VII. Aph. 9.

Ἐπὶ αἵματος ῥύσει παραφροσύνη ἢ καὶ σπασμὸς, κακόν.

A profluvio ſanguinis delirium & convulſio, malum.

[Delirium fit à vaporibus & humoribus, ex partibus inferioribus aſcendentibus, ibique meninges inflammantibus, ſpiritusque animales perturbantibus, quibus inflammatis & perturbatis imagines depravantur, unde delirium in febribus ardentibus &c. fieri ſolet. Convulſio à profluvio ſanguinis ideò fit, quando ſanguis, vel vapor relictus malignior, calidior & acutior factus, facultatē expultricem partium fibroſarum, quæ animalem ſibi in eodem ſubjecto conjunctā in conſenſum

trahit, irritat & ad motum convulſivum incitat. Galen. com.in Hipp. 13. Item 3. præd. com. 40. Gal. lib. de diff. febr.c.3 3. Epid. com. 1. lib. de trem. & convulſ.c.5. 2 de ſympt.cauſ.c.2. 5.aph. 3 & 16. Hipp.in com. 7.]

VII. Aphor. 10.

Ἐπὶ εἰλεῷ ἔμετος, ἢ λύγξ, ἢ σπασμὸς, ἢ παραφροσύνη, κακόν.

Ab Ileo vomitus aut ſingultus, aut convulſio, aut delirium, malum.

[Quia quando excrementa per inferiora ob ductuum coarctationem non promoveri poſſunt; aſcendunt in ventriculum ibiq́; ſingultum primò creant, deinde nauſeam, poſtea vomitum: Tandem per conſenſum, ut præcedens aphoriſmus docet, convulſionem & delirium cauſant. Gal. in com. 3. aph. com. 22. 6. aph. com. 40. 44. 5. aph. 3. 7. aph. com. 10.]

VII. Aphor. 18.

Ἐπὶ ἀγρυπνίῃ σπασμὸς ἢ παραφροσύνη, κακόν.

A vigiliâ convulſio aut delirium, malum.

[Hoc

[Hoc fit plerumque in febre, apoſtemate ob inflammationem & vellicationem meningium, cerebri, & partium nervoſarum à vaporibus vel humoribus etiam malignis cauſatam. Galen. in com. 2. aph. com. 3. 3. Epid. com. 1. Celſ. l. 2. c. 7.]

Vide aph. {5, 14} ſect. 7. ſub titul. de {Melancholiâ. dolore Capitis.}

APHORISMI PRACTICI.

1. Ubi plethora, vena cephalica, etiam ea ſub linguâ præmiſſo enemate, aperienda: nimirum ſtatim in principio.
2. Materia peccans concoquenda, deinde evacuanda.
3. Univerſalibus præmiſſis, revellentia & repercutientia non nocent.
4. Ob quam cauſam clyſteres, frictiones, cucurbitulæ valdè proſunt. Imprimis clyſteres ad revellendos vapores caput petentes.
5. Topica quod attinet, in principio repellentia ordinanda, poſtea admiſcenda ea, quæ calore tepido fervorem cerebri mitigant.

6. Fiant embrochæ ex humectantibus, abraſis prius capillis.
7. Ad ſomnum conciliandum opium lacte mulieris, quæ recenter peperit, ſolutum, & naribus admotum prodeſt.
8. Pulli columbarum, vel catuli unius menſis vivi & eviſcerati, vel pulmones agni caſtrati, commiſſuræ coronali applicentur.
9. Lotiones etiam pedum ex refrigerantibus ante decubitum non nocēt.
10. Factâ lotione, inungantur tempora, pulſus manuū & pedum ungvento ex ol. nymph. papav. ungvent. popul. croco & opio paratum.
11. Vinum non niſi aquoſum in conſvetis dari poteſt, ſecuriùs tamen datur in declinatione, quàm in principio.

DE MORBO COMITIALI ſive EPILEPSIA.

II. Aphor. 45.

Τῶν ἐπιληπτικῶν τοῖσι νέοισιν ἀπαλλαγὴν αἱ μεταβολαὶ μάλιστα τῆς ἡλικίας, καὶ τῶν χωρίων, καὶ τῶν βίων ποιέουσιν.

Inter epilepticos qui juniores ſunt, mutatio-

tatione maximè ætatis, locorum & victus liberantur.

[In pueris epilepſia fit, non ſolùm ab humore viſcoſo, ut ſpuma arguit, verùm etiam à vaporosâ & tenui materiâ, ſuâ acrimoniâ & qualitate venenatâ & malignâ cerebrum & nervoſum genus vellicante. Hinc quando calor nativus circa annos pubertatis, accedente etiam commodâ & congruâ victus locíque mutatione, fit vegetior, & temperamentum humidum in calidius & ſiccius mutatur, & materia ſive cauſa epilepſiæ conſumitur ſive diſſolvitur, Epilepſia curatur, contraria enim contrarijs curantur. Sed longè aliter ſeſe habet epilepſia melancholica, item ea, quâ ſenes laborant, plærumque enim cum ipsâ moriuntur. Gal. in com. Celſ. lib. 2. c. 1. 6. Epid. 1. com. 5. 3. aph. 28. 29. 5. aph. 7. 3. aph. com. 16. lib. de diff. febr. c. 3. 5. aph. 7.]

III. Aphor. 18.

Κατὰ δὲ τὰς ὥρας τοῦ μὲν ἦρος καὶ ἄκρου τοῦ θέρεος, οἱ παῖδες, καὶ οἱ τουτέων ἐχόμενοι

τῆσιν

τῇσιν ἡλικίῃσιν ἄριστά τε διάγουσιν, καὶ ὑγιαίνουσι μάλιστα. Τοῦ δὲ θέρεος καὶ τοῦ φθινοπώρου μέχρι μέν τινος οἱ γέροντες· τὸ δὲ λοιπὸν τοῦ φθινοπώρου καὶ τοῦ χειμῶνος οἱ μέσοι τῇσιν ἡλικίῃσιν.

Quantum ad anni tempora attinet, vere quidem & primâ æſtate pueri & qui his ætate proximi ſunt, optimè degunt, maximéque valent: æſtate autem & autumno aliquantiſper ſenes: reliquo autumno & hyeme, qui inter has ætates medij ſunt.

[Temperata benè ſe habent ad ſimilia, intemperata ad contraria: Ergo pueri ad ver, ſenes ad æſtatem, juvenes ad hyemem benè ſe habebunt & maximè valebunt; Ratio, quia pueri & adoleſcentes ſunt temperati, ut ver & prima æſtatis pars; ſenes frigidi, ergo ſenes ad tempus æſtivum tanquam calidum benè ſe habent, ſicuti etiam ad primam autumni partem, ſed juvenes ſunt robuſti & calidi, ergo ad hyemem & ultimam autumni partem benè degunt. Hipp. 3. aph. 3. Gal. in com. 3. aph. com. 27. & 29. 1. de temper. 1. Epid. com. 1. lib. de ſalub. diæt. 7. 5. & 6. de ſanit. tuend. 7. aph. com. 10. lib. 2. de temper. c. 3. art. med.]

V. Aphor. 7.

Τὰ ἐπιληπτικὰ ὁκόσοισι πρὸ τῆς ἥβης γίνεται, μετάστασιν ἔχει: ὁκόσοισι δὲ πέντε καὶ εἴκοσιν ἐτέων γίνεται, τουτέοισι τὰ πολλὰ συναποθνήσκει.

Morbi comitiales (per eſſentiam) quibus ante pubertatem fiunt, mutationem recipiunt. Quibus autem poſt viceſimum quintum annum, ferè commoriuntur.

[Quia hac ætate, quæ calida & ſicca, cauſa Epilepſiæ, quæ plerumque frigida & humida, facile, ſi victus ratio, regio medicamenta & alia non impediant, ut ſupra dictum, conſumitur. Si verò poſt 25. annum acciderit, plerumq; durat usque ad finem vitæ. Cauſa enim Epilepſiæ, quæ frigida & humida, copioſior eſt, quàm ut ab ætatis temperamento per naturam conſumi & ſuperari poſſit, comitatur itaq; plærumque ad mortem, ſicuti in melancholicis corporibus fieri obſervamus. Gal. in com. 3. aph. 5. Hipp lib. de ſacr. morbo. 1. progn. c. 5. Gal. lib. de ſympt. diff. 2. de ſympt. cauſ. c. 2. & 7. 2. aphor. com. 43. 45. 1. prorrh. com. 21. 11. de uſu part. c. 14. 3. aph. com. 28. 6. de tuend. ſanit. 2. aph. 45. 5. aph. 70.]

Vide

Vide aph.	16	ſectionis	3	ſub tit. de	febribus longis.
	20		3		melanchol.
	22		3		febr. quart.
	29		3		febr. acutâ.

APHORISMI PRACTICI.

1. Si Epilepticus habeat cerebrum frigidum & debile, & plethora non adſit, vena non ſecanda, ubi verò plethora, non intermittenda.

2. Si ſumat hic morbus originem à ſuppreſſis menſibus, aut hæmorrhoidibus, vena ſecanda in talo.

3. In Paroxyſmo autem vena, imprimis ſi ex aurâ virulentâ aliunde elevatâ ad cerebrum morbus fiat, nullo modo ſecanda; vomitus etiam non provocandus.

4. Vomitoria, ubi cerebrum primariò afficitur, præcipuè in paroxyſmo, nullo modo exhibenda; patientes enim pejùs inde ſe habent. Quando verò Epilepſia per conſenſum ventriculi aliarumque partium vicinarum oritur, nõ nocent.

5. Etſi Epilepticis, juxta Galeni ſententiam, medicamẽta, quæ fortiter humores movere ſolent, non ſunt exhibenda, textorem tamen civem Onolzbacen-

cenſem cui venenum clàm exhibitum, Epilepſiâ fortiſſimâ laborantē Turbith minerali, quod ſpatio 24. horarum ipſi tertiâ vice, & quidem in magnâ doſi exhibui, præter multorum opinionem feliciſſimè curavi. Teſtis eſt Excellentiſſimus & Clariſſimus D. Gregorius Horſtius &c. amicus meus honorandus, qui eodem tempore, quo prædictum civem curavi, Onoltzbachij fuit.

6. Si Epilepſia eſt per conſenſum, curetur membrum mandans, & membrum recipiens confortetur, ſi fuerit à vermibus, expellantur.

7. Et quia humores & vapores Epilepſiam cauſantes, veneni naturam induūt, in curatione hujus alexipharmacorū uſus non negligendus; materia ergo debito modo præparanda, deinde ſenſim evacuāda, revellenda, derivāda.

8. Sternutatio etiam in Epilepſiâ non nocet; hâc enim materia ſive humor tenuis, vel vapor malignus diſcutitur.

9. Frictiones etiam contra nonnullos ſcapularum, brachiorum, pedum & ipſius dorſi, ut materia diſcutiatur, non intermittendæ.

10. Uſus

10. Uſus ſanguinis humani in Epilepſiâ non convenit; quia nullius animalis ſanguis abſque incommodo bibitur, magnam enim in corpore humano mutationem efficit.

11. Cranium humanum præparatum contra Epilepſiam multi uſurpare ſolent, imprimis oſſiculum illud triangulare parvum, quod magnitudine unguis in capitis vertice invenitur.

12. Amuleta contra Epilepſiam prodeſſe, à poſteriori verum eſſe conſtat. Licet his non vapor vel humor evacuetur, maligna tamen qualitas, ut experientia docet, extinguitur.

13. Licet Gilbertus Anglicus Balnei uſum in hoc malo non approbet, nos tamen cum Avicennâ contrarium ſtatuimus.

14. Vitetur aër frigidus.

15. Victus ratio ſit tenuis, cibi ſint evchymi & concoctu faciles; in ſummâ uſus cibi & potus ſit temperatus, vitet patiens omnia lacticinia, legumina dempto decocto cicerum rubrorum, item cæpas, allia, erucam, ſinapi, &c.

16. Mo-

16. Motus & quies temperentur.

17. Somnus & vigiliæ ſint moderata.

18. Vitetur coitus.

19. Vitentur omnes paſſiones animi, præter gaudium.

20. In Epilepſiâ cauteria potentialia proſunt.

21. In principio paroxyſmi medijs dentibus aliquid indere decet, ut lignum &c. ne lingua intercidatur, & ſpuma educi poſſit.

DE AFFECTIBUS NERVORUM, ET PRIMÒ DE CONVULSIONE.

III. Aphor. 25.

Πρὸς δὲ τὸ ὀδοντοφυεῖν προσάγουσιν οὔλων ὀδαξισμοὶ, πυρετοὶ, σπασμοὶ, διάῤῥοιαι, καὶ μάλιστα ὅταν ἀνάγωσι τοὺς κυνόδοντας, καὶ τοῖσι παχυτάτοισι τῶν παιδίων, καὶ τοῖσι τὰς κοιλίας σκληρὰς ἔχουσιν.

His, qui ad dentitionis tempus accedunt, fiunt gingivarum pruritus, febres, convulſiones, alvi profluvia, maximè cum caninos edunt, & iis præſertim pueris, qui craſſiſſimi ſunt & alvos duras habent.

[1. Pruritus fit gingivarum, ubi caro eruptioni & perforationi dentium renititur. 2. quando dentes, imprimis canini, erumpendo dolorem ingerunt, febrem & vigilias efficiunt, quia dolores attrahunt humores crudos ex lactis corruptione, vel coctionis imbecillitate genitos, qui quando inflammantur & putreſcunt, febres cauſant. 3. Spasmus & convulſio fiunt ijs præſertim pueris, qui craſſi ſunt & duras alvos habent: materia enim ſic retinetur, & ſuâ vel copiâ, vel qualitate expultricem facultatem partium fibroſarum, muſculorum, vellicat & irritat. 4. Quando alvus laxa, infantes rarò convelluntur, (niſi humores ſint copioſiſſimi) materia enim, ſive cauſa convulſionis evacuatur. Gal. in com. 6. Epid. com. 2. lib. de diff. ſympt. c. 2. 3. de ſympt. cauſ. c. 6. lib. de oſſibus c. 5.]

IV. Aphor. 16.

Ἐλλέβορος ἐπικίνδυνος τοῖσι σάρκας ὑγιέας ἔχουσι, σπασμὸν γὰρ ἐμποιέει.

Elleborus periculoſius carnes ſanas habentibus, quippe convulſionem efficit.

[Quia

[Quia in ſanis corporibus diutiùs immoratur: humorem enim analogum, in quem agit, non invenit, hinc alimentarios humores magnâ cum vehementiâ expurgat, nervos, vel partes nervoſas ſuâ acrimoniâ & malignâ qualitate lædit, unde motus convulſionis, vel convulſio. Hipp. 2. aph. 36. 37. 5. aph. 1. & 4. in Epiſt. ad Democr. Galen. in com. 1. aphor. com. 24. 1. aph. 21. 2. aphor. com. 9. 5. aph. com. 1. 1. aphor. com. 22. 4. aphor. com. 13. 2. de temp. 3. aph. com. 22.]

V. Aphor. 1.

Σπασμὸς ἐξ ἐλλεβόρȣ, θανάσιμον.

Convulſio ex Elleboro lethalis eſt.

[Hoc fit ob malignitatem & vehementiam medicamenti, & quidem per conſenſum. Galen. in com. 1. de rat. vict. in acut. com. 3. 1. de ſympt. cauſ. c. 8. 7. de decretis Hippoc. & Plat. 2. de cauſ. ſympt. c. 1. 6. aphor. com. 39. 4. M M. c. 1. 5. de ſimpl. med. facult. c. 12. 2. aph. com. 22.]

V. Aphor. 2.

Ἐπὶ τρεύματι σπασμὸς ἐπιγινόμενος, θανάσιμον.

Convulſio ex vulnere ſuperveniens, lethalis.

[Fit etiam ob inflammationem, item acrimoniã, malignitatẽ & copiam ſaniei. Gal. in com. 1. aph. com. 3. 5. aph. co. 56. 1. art. curat. ad Glauc. c. 13. 6. aph. com. 18. 5. aph. com. 21. 7. aph. com. 16. 3. de morb. curand. c. 1. 3. de loc. aff. c. 5.]

V. Aphor. 3.

Αἵματος πολλοῦ ῥυέντος σπασμὸς ἢ λυγμὸς ἐπιγινόμενος, κακόν.

Sanguine multo profluente convulſio aut ſingultus, malum.

[Vide aphoriſmos præcedentes & ſequentes. Gal. in com. 5. aph. com. 35. 1. aphor. com. 14. 4. aph. com. 27. 3. prorrhet. com. 25. 5. aph. com. 64. 5. aph. com. 22. 7. aph. 9. 6. aphor. 39.]

V. Aphor. 4.

Ἐπὶ ὑπερκαθάρσει σπασμὸς ἢ λυγμὸς ἐπιγινόμενος, κακόν.

A purgatione immodicâ convulſio aut ſingultus ſuperveniens, malum.

[Quia

[Quia convulſio, quæ muſculorum eſt,& ſingultus, qui ventriculi affectio eſt, ab humore mordaci & maligno muſculos, vel ventriculum, vel partes nervoſas vellicante, fiunt, & difficulter curantur: Calor enim nativus & ſpiritus exhalârunt, humidumque radicale deſiccatum eſt. Galen. in com. 3. aphor.33. 1.aph.com.14.4.aph.com. 27. 3.prorrh.com.52. 5.aph. com.22. 7. aphor.9. 6.aph.39. Celſ.lib.2.c.8.]

V. Aphor. 6.

Ὁκόσοι ὑπὸ τετάνου ἁλίσκονται, ἐν τέτταρσιν ἡμέρῃσιν ἀπόλλυνται: ἢν δὲ ταύτας διαφύγωσιν, ὑγιέες γίνονται.

Quicunque tetano corripiuntur, in 4. diebus pereunt: Sin hos effugerint, ſani fiunt.

[Quia quando muſculi fortiter & æqualiter contrahuntur, hoc non absq; dolore maximo fieri ſolet, quos dolores patientes ultra quatuor dies ſuſtinere non poſſunt, ſed pereunt: Sin hos exceſſerint, evadunt: ſignificat enim, naturam morbum ſuperâſſe: Peracutus enim morbus habet terminum 4. diem.

Gal.in com.4.aph.com.57.2.aph.19.] Hipp.lib.3.progn. Gal.lib.1.de morb. popul.pa t.3.

V. Aphor. 21.

*Ἔστι δὲ ὅκου ἐπὶ τετάνου ἄνευ ἕλκεος, νέῳ εὐσάρκῳ, θέρεος μέσου, ψυχροῦ πολλοῦ κατάχυσις ἐπανάκλησιν θέρμης ποιέεται. θέρμη δὲ ταῦτα ῥύεται.

Nonnunquam in tetano ſine ulcere, juvene benè carnoſo, æſtate mediâ, frigidæ aquæ multæ profuſio caloris revocationem efficit. Calor enim hæc ſolvit.

[Hoc fit in corpore robuſto juvenis, non pueri, vel ſenis per accidens, ratione ἀντιπεριστάσεως: perfuſione enim aquæ frigidæ multæ calor revocatus, collectus & auctus, in materiam peccantem, ſive humores craſſos & frigidos, nervis imbibitos agit, illos attenuat, diſcutit, fibroſas muſculorum partes roborat, unde ſolutio tetani. In convulſione autem cum ulcere & vulnere hoc remedium venenum eſt: frigidum enim omne dolorem facit inſuppurabilem. Gal.in com.7.aph.com.13.& 42.3.aph. 26.1.aph.14.] Lib.de art.med.c.4.

V. A-

V. Aph. 25.

Τὰ δ' ἐν ἄρθροισιν οἰδήματα καὶ ἀλγήματα ἄτερ ἕλκεος, καὶ ποδαγρικὰ, καὶ σπάσματα, τουτέων τὰ πλεῖστα ψυχρὸν πολλὸν καταχεόμενον ῥηΐζει τε καὶ ἰσχναίνει, καὶ ὀδύνην λύει. νάρκη δὲ μετρίη, ὀδύνης λυτική.

Articulorum tumores & dolores abſque ulcere, & podagricos dolores, & cõvulſiones, magnâ ex parte frigida aqua largè affuſa levat, extenuat, ſolvitque dolorem: Stupor enim modicus vim habet ſolvendi dolorem.

[Aqua enim frigida largè affuſa repellit, influxum cohibet, humores influxos dolores cauſantes digerit, concoquit, reſolvit, ſtuporem etiam mediocrem inducit, qui dolorem ſolvit, ut medicamentum narcoticum, ſenſum hebetando; ſed tamen cautè agendum in uſu frigidæ, ego nunquam ordinavi. Gal. in com.2. de loc. aff.c. 2. 6. aphor. com.59.5.aph.com.21.24.5.aph.com. 17.& 20.] Lib.1. progn. com.25.

V. Aphor. 56.

Ἐπὶ ῥόῳ γυναικείῳ σπασμὸς καὶ λειποθυμίη ἢν ἐπιγένηται, κακόν.

In fluore muliebri ſi convulſio aut animi defectus ſupervenerit, malum.

[Hoc fit etiam ob cauſam in ſuperioribus aphoriſmis indicatam. Gal. in com. Hipp. 1. prorrh. 4. & 52. 1. aph. com. 14. Gal. lib. de rigor. & convulſione c. 5. 2. de cauſ. ſympt. 16. aph. com. 39. 7. aph. 8. 5. aph. com. 16.]

V. Aphor. 65.

Ὁκόσοισιν οἰδήματα ἐφ' ἕλκεσι φαίνεται, οὐ μάλα σπῶνται, οὐδὲ μαίνονται. τουτέων δὲ ἀφανισθέντων ἐξαίφνης, τοῖσι μὲν ὄπισθεν σπασμοὶ, ἢ τέτανοι. τοῖσι δὲ ἔμπροσθεν, μανίαι, ἢ ὀδύναι πλευροῦ ὀξεῖαι, ἢ ἐμπύησις, ἢ δυσεντερίη, ἢν ἐρυθρὰ, ἦ τὰ οἰδήματα.

(A) Quibus tumores in ulceribus apparent, ij non admodum convelluntur, neque inſaniunt: (B) his verò repentè evaneſcentibus, quibus quidem retrò convulſiones & diſtentiones accidunt: (C) Quibus verò ante, inſania, vel dolores coſtarum acuti, vel ſuppuratio, vel dyſenteria, ſi rubri fuerint tumores.

[A) Quia humoris vel vaporis multitudo, vel malignitas, ad partem ulceratam trahitur, nec ad caput, cerebrum,

brum, vel fibroſas muſculorum partes transmittitur. (B) Quia humores & vapores maligni ad principium nervorum & ſpinalem medullam transferuntur: poſteriora enim nervoſa, anteriora verò venoſa & arterioſa ſunt. (C) Quando humor exuſtus cerebrũ, mediantibus venis & arterijs, petit, mania fit, ſi biliosus & mordax ad pleuram membranam illam coſtas ſuccingentem transfertur, pleuritim; ſi effluat in ſpacium thoracis, Empyema, ad inteſtina translatus humor calidus, noxius & mordax, dyſenteriam generat. Gal. in com. de tum. c.1.14. M.M. c.9. lib. de diff. morb. c.11. 6. aph. com. 39. 3. de facult. nat. 2. lib. de ſem. 8. 4. M.M. 5. de fac. nat. 8. 5. aph. c. 65. 4. aph. com. 24. 2. de ſympt. cauſ. 7. 2. de loc. aff. 2. 5. de loc. aff. 2. 5. aph. 15.] *Lib. 2. progn. 67.*

VI. Aphor. 39.

Σπασμὸς γίνεται ἢ ὑπὸ πληρώσιος ἢ κενώσιος· οὕτω δὲ καὶ λυγμός.

Convulſio fit aut à repletione, aut à vacuatione, ſeu inanitione: Sic verò & ſingultus.

[Repletio & inanitio non per ſe, ſed per accidens convulſioni & ſingultui cauſam præbent: Illa, & quantitate & acrimoniâ, vel malignitate humorum, vel vaporum, & quidem proximè; hæc non copiâ, ſed acrimoniâ & malignitate in corpore relictorum & veluti fræno deſtitutorum, & commotorũ, (ſcil. humorum, vel vaporum) nec non partes fibroſas musculorum & nervos vellicando lædentium. Galen. in com. 1. de loc. aff. 6. & 12. de uſu part. 3.] Lib. 2. de cauſſ. ſympt. lib. 2. de art. meden.

VII. Aphor. 13.

Ἐπὶ καύμασιν ἰσχυροῖσι σπασμὸς ἢ τέτανος, κακόν.

A vehementibus ardoribus convulſio & tetanus malum.

[Indicat enim magnitudinem & malignitatem febris. Gal. in com. 1. de vict. rat. acut. com. 18. 4. aph. com. 5. 5. aph. com. 1.]

VII. Aphor. 25.

Ἐκ φαρμακοποσίης σπασμὸς, θανατῶδες.

Apo-

A potione pharmaci convulſio, lethale.

[Vide aphoriſmos 5. ſect. ſub hoc titulo. Gal. in com. 2. aphor. 37. 6. aph. com. 52.]

Itẽ vide aph.	ſectionis	ſub titulo de
26	3	convulſ.in feb.
20	2	melancholiâ.
19	4	febr.continuâ.
57	4	convulſ.in feb.
67	4	eâdem.
68	4	eâdem.
5	5	eâdem.
17	5	rigore febriũ.
20	5	rigore febriũ.
22	5	doloreCapitis.
70	5	quartanâ.
56	6	melancholiâ.
9	7	deſipientiâ.
10	7	deſipientiâ.
18	7	eâdem.

APHORISMI PRACTICI.

1. In omni convulſione aër frigidus fugiendus, nervi enim frigus ferre non poſſunt.

2. Si

2. Si eſt ab ambientis frigiditate, calida ordinanda, ut materia peccans diſſolvatur: qualia ſunt olea, unguenta, emplaſtra, frictiones fortes, balnea ſulphurea, aluminoſa, & ex herbis calidis parata.

3. Si propter morſum animalis, vel irati hominis, vel propter nervi puncturam fiat, vide infra aphoriſmos practicos de vulneribus.

4. Si fiat ob venenum aſſumptum, provocetur in principio vomitus, detur theriaca & mithridatium, terra ſigill. &c.

5. Si à caſu vel percuſſione, adhibeantur fomentationes, unguenta, emplaſtra appropriata.

6. Si ab inflammatione, præſcribantur alterantia frigida.

7. Si fiat à medicamento purgante, ita ut hoc multos humores attraxerit, eos tamen evacuare non potuerit, applicetur ſtatim enema.

8. Si quis medicamentum purgans ſumſiſſet, & frigori ſe commiſiſſet, atque ſic convulſioni cauſam præbuiſſet, huic ſtatim clyſter revulſionis & deri-

derivationis gratiâ applicetur.
9. Si fiat propter aliquem morbum, morbus prius curetur.
10. Fortia purgantia nunquàm in convulſione exhibenda, ſed clementia; ſæpe tamen præmiſsâ præparatione reiteranda.
11. Medicus ſemper perpendere debet, an convulſio ſit per ſe, vel per conſenſum? Si per ſe, an plethora vel cacochymia adſit? In plethorâ cavendum, ne fiat magna phlebotomia; In cacochymiâ præmiſsâ præparatione humor frigidus, malignus, viſcoſus nervos replens evacuandus, vapor verò diſcutiendus.
12. In convulſione per conſenſum partis illius, cujus conſenſu malum excitatur, ſemper habenda ratio.
13. Topica medicamenta non ſolùm origini nervorum, parti nimirum poſteriori capitis & ſpinali medullæ, verùm etiam partibus convulſis admovenda.
14. Diætam quod attinet, eadem qualis in paralyſi obſervari debet.

DE STUPORE.

Vide aph.	25	ſect.	5	ſub t. de	cōvulſione,
	14		7		dol. capitis,
	41		7		Melācholiâ.

APHORISMI PRACTICI.

1. Materia peccans idoneis medicamentis digerenda & evacuanda.

2. In ſtupore venæ ſectio è parte oppoſitâ prodeſt.

3. Si paralyſis contigerit ex caſu, percuſſione; tunc ſtatim vena ſecanda.

4. Debemus nervos idoneis medicamentis aperire & roborare.

5. Quia ſtupor apoplexiam, epilepſiam, convulſionem, vel paralyſin minatur, ideoq; talia medicamenta, quæ ab his malis præſervant, ordinanda.

6. Materia, quæ remanſit, balneis naturalibus, id eſt, thermis, acidulis, ungventis, cauterijs & alijs remedijs reſolvenda.

7. Partem etiam affectam debemus fricare aq. apoplecticâ, vel paralyticâ, aq. virtutis ſalviæ ſp. vini, Iuniperi, vel decocto ſalviæ, roriſma: &c.

8. Medici jubent partem affectam vinaceis recens expreſſis immergere.

9. Sobria victus ratio non negligenda.

10. Frigus vitandum.

DE AFFECTIBUS OCULORUM.

VI. Aphor. 17.

Ὀφθαλμιῶντα ὑπὸ διαῤῥοίης ληφθῆναι, ἀγαθόν.

Lippientem alvi profluvio corripi, bonum.

[Materia enim peccans à naturâ victa & cocta per venas ad inteſtina transfertur: ideoq; Medicus eam benè operantem impedire non debet, ſed adjuvare, ſubducere nimirum alvum, ut humor ſive materia peccans à qua lippitudo fit, ad inferiora derivetur. Gal. in com 1. Epid. com. 3. 3. aph. 11, 5. aphor. 24.] 4. aph. 2.

VI. Aphor. 31.

Ὀφθαλμῶν ὀδύνας ἀκρητοποσίη, ἢ λουτρὸν, ἢ πυρίη, ἢ φλεβοτομίη, ἢ φαρμακείη λύει.

Oculorum dolores meri potio, aut balneum aut fomentum, aut venæ ſectio, aut medicamenti purgatorij potio ſolvit.

1. Ubi

[1. Ubi plethora cauſſa ophthalmiæ, venæ ſectio non negligenda. 2. Quando alius humor quantitate aut qualitate peccans eſt cauſa, purgatione opus eſt. 3. Cum pura ſiccitas eſt cauſa, balneum & diæta humida auxilium eſt. 4. Cum humor aliquis, in nervis opticis, aut vicinis oculorum partibus contentus, dolorem excitat, vini potio, balneū, fomentationes &c. proſunt. Hipp. 6. aph. 27. 2. aph. 17. Gal. in com. 13. M. M. 22. M. M. item lib. de ſectis ad eos, qui introducuntur. 1. aph. 1. lib. de opt. ſecta ad Thra. 2. aph. com. 6. 1. art. curat. ad Glauc. c. 7. 1. aph. com. 23. 5. de ſimpl. facult. c. 11. 4. de ſimpl. facult. c. 6. 2. de victus ratione in acutis c. 1. 7. aph. c. 57. & 2. aph. c. 11. 22. Aëtius c. 5. ſerm. 3. tetrabibl. 2. Trall. lib. 2. c. 3. Celſ. lib. 6. c. 6.]

6. de ſimpl. med. facult. C. abrotono.

VI. Aphor. 52.

Σκοπεῖν δὲ χρὴ καὶ τὰς ὑποφάσιας τῶν ὀφθαλμῶν ἐν τοῖσιν ὕπνοισιν, ἢν γάρ τι ὑποφαίνηται ξυμβαλλομένων τῶν βλεφάρων τοῦ λευκοῦ, μὴ ἐκ διαῤῥοίης ἐόντι, ἢ ἐκ φαρμακοποσίης, φλαῦρον τὸ σημεῖον, καὶ θανατῶδες σφόδρα.

Spe-

Spectare verò oportet in ſomnis oculorum ſuſpectiones, ſeu apparitiones: nam ſi quid palpebris commiſſis, non exactè tamen, de albo oculorum ſubappareat, modò non ex alvi profluvio, aut medicamenti potione contingat, pravum eſt ſignum & lethale admodum.

[Quando oculi in ſomno in morbis acutis claudi non poſſunt, ſignificat virtutis oculorum motivæ, nec non totius corporis ſummam imbecillitatem. Si verò tale quid extra morbum aliquem, ſive ſit acutus, vel Chronicus, imprimis quando ægrotus ita dormire conſvevit, contingat, extra periculum eſt. Hipp. 1. progn. 11. 13. 14. 20. 2. aph. com. 21. Celſ. lib. 2. c. 6.]

VII. Aph. 3.

Ἐπὶ ἐμέτῳ λύγξ καὶ ὀφθαλμοὶ ἐρυθροὶ, κακόν.

A vomitu ſingultus & oculi rubri, malum.

[Hoc fit ob oris ventriculi, aut cerebri inflammationem, vel ob materiam aliquam tenuem malignam in ventriculo relictam & in ipſas tunicas tranſlatam: rubor verò fit ob utramque

 diſpo-

diſpoſitionem. Gal. in com.1.progn.3. 6.aphor.c.39. 3.de ſympt.cauſ.c.1.]

VII. Aph. 46.

Ὀδύνας ὀφθαλμῶν ἄκρητον πότισις, καὶ λοῦσις πολλῷ θερμῷ φλεβοτόμει.

Dolores oculorum poſt meraci vini potum & calidæ aquæ multæ lotionem, venæ ſectione curantur.

[Quia ejuſmodi dolores non à craſſo ſanguine vias obſtruente, nec à nudis qualitatibus, vel flatibus, (balneum enim & vinum utilia eſſent) ſed à plethorâ, vel humorum copiâ exiſtunt, quæ venæ ſectione curantur. Gal. in com. 2. aph. 6. 6. aph. 31. 7.aph.42.]

Vide aph.	5	ſectionis	3	ſub t.de	dol.capitis.
	11		3		feb. acutâ.
	12		3		catarrho.
	14		3		febr.acutâ.
	16		3		feb. longis.
	17		3		dol.capitis.
	21		3		fe.tertianâ.
	31		3		apoplexiâ.
	49		4		fe.cõtinuâ.
	52		4		rel.f.ſympt.
	56		6		apoplexiâ.

APHO-

APHORISMI PRACTICI.

1. Oculorum morbos curare non poſſumus, niſi prius caput curetur, nec caput etiam curatur, niſi ipſum corpus præcuretur.

2. A fortibus vomitorijs omnes ſibi caveant, qui ophthalmiâ laborant, ſive ſit ταραξις, ſeu perturbatio tunicæ annatæ vel conjunctæ oculorum; ſive χήμωσις, ſeu inflammatio palpebrarum, Entzündung/ Hitz vnd Schmertzẽ der Augen/ Si plethora adſit, plerumq; κατ᾽ ἰξιν veneſectio prodeſt, ubi verò alij humores admiſti, præparandi & evacuandi ſunt.

3. In dolore oculorum, qui tunicis externis, imprimis corneæ & annatæ accidere ſolet, 1°. doloris cauſa, ſive ſit interna, vel externa, non negligenda, deinde medicamẽta tàm interna, quàm externa ophthalmica præſcribenda.

4. Si cum dolore oculorum adfuerit etiam capitis dolor, cura oculo non adhibenda, niſi prius capitis dolor ſit medicamentis idoneis ſublatus.

5. Materia peccans evacuetur ante fomentationum applicationem.

6. Poſt univerſalem evacuationem, trahatur humor reſiduus ad palatum, Gargariſmis, apophlegmatiſmis.

7. Maſticatoria & errhina etiam non nocent. Errhina tamen non ſemper tutò præſcribuntur propter oculorum & narium ſympathiam.

8. Si materia peccans eſt in pericranio, cucurbitulæ poſt univerſalem evacuationem collo applicentur.

9. In forti oculorum dolore fortis partium extremarum ligatura convenit, ut & fricatio.

10. Omnia dolorifica & acria medicamenta vitanda.

11. Topica ſtatim in principio oculis non adhibenda, & ſi adhibeantur, parcè fiat; verùm ſanis frigida præſervationis gratiâ conveniunt, in oculo à phlegmone affecto actu tepida magis ex uſu ſunt.

12. In dolore oculorum lac muliebre cautè adhibendum, id eſt, in oculis non diutiùs retinendum, ſed abſtergēdum, ne à vehementi calore oculi acrimoniam concipiat, & ſic plus noceat, quàm proſit, ſingulis itaque horis, quan-

quando adhibetur, mutandum.

13. Repellentia fortia nocent, quia humor qui influxit, fit craſſior & ſic exitus prohibetur & dolor augetur, itaque his lenientia quædam, & quæ à proprietate oculis conducunt, admiſcenda.

14. Ob hanc cauſam cavendum, ne intus ſuppurationem topicis cauſemus.

15. Opij uſus non ſit frequens vel multus, quia nonnihil amaroris habet, hinc mordet & dolorem auget, humor etiam ob opij frigiditatem ſæpè craſſior, & ſic viſus hebetior fit.

16. Medicamenta etiam, quæ oculis induntur, ſint benè mundata, mordacitatis & lentoris expertia.

17. Igitur quæ lentorem, acrimoniam & vim Emplaſticam habent, cautè adhibéda, imprimis in ophthalmiâ ſiccâ.

18. In ophthalmiâ verò minorante Ταρα-
medicamento præmiſſo venæ ſectio, ſi ξις.
plethora adeſt, evacuationis & revul- χήμω-
ſionis gratiâ non negligenda. σις.

19. In ophtalmiâ ſiccâ, quæ ψωροφθαλμία, ξηροφθαλμία, σκληροφθαλμία vocatur, curatio ferè eadem cum ophtal-

miæ modò dictæ curatione, verùm quia hujus cauſa plerumq; ſalſus humor eſt, is temperandus, alterandus, evacuandus, revellendus, derivandus, durities & ſcabrities e mollienda.

20. Πτερύγιον, ſive ungvis oculi, der Nagel/ oder Nagelfell/ oder der Augen Blatterfell/ deñ es gemeiniglich bey den Kindern ſo die Blattern gehabt / daher ſie auch den Namen haben / zu geſchehen pflegt / in principio facilè curatur, quando autem radices altas egit, difficulter. Curatur autem optimâ victus ratione. 2. Medicamentis digerentibus, nec non craſſos humores purgantibus. 3. Abſtergentibus, & quidem à lenioribus incipiendum, deinde ad valentiora accedendum. Si malum pertinax & prædictis medicamentis non cedat, ad manus operam accedendum. Vide Hieron. Fab. ab Aquapend. de operat. Chirurg. titulo de ungve oculorum.

21. Panniculi aquoſi Waſſerfell / denn es hat ſeinen Vrſprung vom Waſſer vnd überflüſſiger Feuchtigkeit / mit welcher beede Häutlein / als cornea vnd conjun-

junctiva beſchwert werden / curatio communis eſt cum ophthalmiâ & pterygio, in principio facilè curatur.

22. Panniculus carnoſus, hat den Namen mit der That / dann ſie jhren Vrſprung von Blut vnd Fleiſch haben / difficilis curationis, & plerumque non niſi manus chirurgi adhibeatur, curatur.

23. In albugine corneæ, quæ fit interdum poſt ophthalmiam, ubi ſubtiliores humores diſcutiuntur, craſſi verò remanent; vel medicamentis frigidis incautè poſitis craſſi fiunt, vel poſt vulnus, vel ulcus, ut in variolis, febribus interdum peſtilentialibus fieri ſolet, als ich denn weiß / daß in den hitzigen / gifftigen vnd Peſtilentziſchen Fiebern jhrer etliche / wo nicht an beeden / jedoch an einem Aug blind worden / cicatrix manet, præmiſſis præmittendis, ubi cicatrix, vel corrugatio, vel exiccatio obſervatur, humectantia, deinde extergentia, vel abſtergentia; ſed leniora, non acriora & corrodentia 3. quando malum pertinax, validiora adhibenda, vel ad manus operam accedendum.

φλι-κλαιναι. φλυκτίδες. 24. Puſtulæ corneę & annatæ tunicę curantur etiã, præmiſſis præmittendis, diſcutientibus, aſtringentia tamen nonnulla admiſcenda, quando autem puſtulæ corneæ ab humore humido originem habent, exiccantia non negligenda.

25. Ulcera annatæ tunicæ & corneæ quod attinet, ſi cum inflammatione ſint conjuncta, ea medicamenta, quæ in ophthalmiâ pręſcribuntur, conveniũt, admiſcenda tamen pro re natâ, quæ detergunt & exiccant, inprimis quando ulcus absque inflammatione eſt.

In Cancro. 26. In cancro oculi primò purgans appropriatum exhibendum. Deinde vena ſecanda. 3. Diæta evchyma inſtituenda. Variaque topica idonea exhibenda, verùm ejusmodi cancer plerumque incurabilis, imprimis ulceratus, æger tamen non deſerendus; ſatius enim eſt anceps, quàm nullum adhibere auxilium, palliativa ergò cura hîc locum habet.

27. In vulneribus oculorum ſtatim vena ſecanda, deinde pro ut opus poſtulat alterantia, purgantia &c. ordinan-

nanda. Topica quoque pro re natâ varia adhibenda, imprimis repellens ſequens ex albumine ovi, bolo & aq. roſa. paratum prodeſt, poſt aliquot dies maturantia, his prætermiſſis, ſiccantia, detergentia, & cicatricem obducentia adhibenda: hæc cura in Corneæ rupturâ commodè etiam obſervari poteſt.

28. Cum pus ſub corneâ ante uveam tunicam, vel cryſtallinum humorem colligitur, præmiſſis univerſalibus pus evacuantia, deinde leniter diſcutientia, reſolventia, exiccantia proſunt, aſtringentia verò nocent. Gal. 14. M. M. ait fuiſſe quendam ocularium, qui pus cõcuſſione capitis loco ſuo dimoviſſet. Aëtium verò acu à latere immiſſa pus per puncturam corneæ eduxiſſe legimus.

29. In Uveæ procidentiâ proſunt aſtringentia absque aſperitate &c. In veterata & confirmata incurabilis eſt, ſunt qui deformitatem oculi ferro corrigere volunt; verùm hic modus periculo non caret. *In Uveæ procidentiâ.*

10. In Uveæ dilatione (quæ μυδρίασις vocatur) præmiſſis univerſalibus proſunt *In Uveæ dilatione.*

ſunt cucurbitulæ in occipitio, veſicatoria, vel hirudines poſt aures applicatæ, item frictiones factæ deorſum, nec non medicamenta reſolvētia, & uveam leniter aſtringentia; Quando autem ejusmodi dilatatio fit à cauſâ externâ, difficulter, vel nunquam curatur.

In anguſtiâ pupillæ. 31. In Anguſtiâ vel conſtrictione pupillæ, quæ μύωσις vocatur, præmiſſis univerſalibus, ſi fit à nimiâ humiditate, ſiccantia; ſi à defectu humoris aquei, humectantia adhibenda, verùm omnia medicamenta non ſint nimis acria.

In Cataractâ. 32. In ſuffuſione (quæ ὑπόχυμα & ὑπόχυσις cataracta Barbaris vocatur, der Star/cujus quinque ſunt ſpecies, alba ſive lactea, cinerea, cærulea, viridis, buxea) vena, ſi plethora adſit & affluxus ſanguinis metuendus, aperienda. Si verò hoc malum ab humore craſſo & frigido, ſicut plerumque fieri ſolet, ortum habeat, vena nullo modo aperienda; èccontra humor prædictus medicamentis appropriatis, id eſt, ocularibus præparandus & evacuandus, his præmiſſis, cucurbitulæ, veſicatorium, vel ſetaceum occipitio revulſio-

ſionis gratiâ applicentur, collyria etiam & fomentationes non negligendæ. In confirmatâ verò & inveteratâ & maturâ ſuffuſione, ad manus operam accedendum.

33. In Ægilope incipiente, qui αἰγίλωψ vel ἀγχίλωψ dicitur & nondum ruptus, poſt venæ ſectionem, ſi plethora adſit, proſunt ἀποκρουστικά, repellentia fronti & parti affectæ imponenda. Si verò ſuppuratur & ad abſceſſum tendat, juvetur diachylo &c. Si ſponte non rumpitur, cauterio aperiatur, dolorem ex cauterio lenit Butyrum non ſalitum. Si fiſtula oriatur, id eſt, ulcus male curatum, orificium radice rapi, vel gentianæ dilatetur, poſtea quotidiè vino albo calido, in quo rad. Ariſtolochiæ, ſem. cannab. Thuris, Myrrhæ & mellis q. ſ. bullierint, vel alijs lavamentis eluatur, vel neceſſitate urgente aq. ore dilatato ex vitriol. albo, ſale armoniaco, nitro, album. ovorum paratâ guttatim indatur, & hoc tam diu continuari debet, donec nihil exeat ab oculo etiam digito compreſſo. Ultimò ſi non callus, neque oſſis corruptio adſit, debito modo conſolidetur.

34. In Encanthide(ἐγκανθίς)quando nimirum majoris anguli ſeu canthi caruncula excreſcit, juſto ampliùs & ad nares protuberat, præmiſsis præmittendis, caro ſuperflua ferro vel cauterio abſumenda, ſed cautè agendum, ne contrarius affectus ῥυάς, ubi canthus lachrymas ob diminutionem vel abſumptionem continere nequit, inducatur.

35. In oculi ſugillatione (ὑπόσφαγμα, αἱμάλωψ dicitur) ubi ſanguis concretus ex contuſione vel ruptione in tunicâ annatæ, vel conjunctivæ colligitur, vnd verurſachen offtermahl Fleiſchfell/ ſicuti notum, ſi affluxus ſanguinis metuatur, vena præmiſſo minorante ſecanda, deinde diſcutientibus aſtringentia etiam permiſcenda, videndum tamen, ne dicta medicamenta ſuâ acrimoniâ apertis venarum oſculis ſanguinem majore copiâ proliciant. Inveteratum autem hoc malum & ingraveſcẽs vehementiora medicamenta poſtulat, qualia paſſim apud autores inveniuntur.

In obfuſcatione. 36. Obfuſcatio ſive gutta ſerena ἀμαύρωσις

ρωσις dicta, der ſchwartze Star/cujus cauſa in cerebro & nervis eſt, difficulter curatur, patiens tamen non deſerendus, varia topica, imprimis quando radices egit, pro re natâ applicanda, ut ſunt veſicatoria, collyria, fomentationes, lotiones capitis &c.

37. In atrophiâ oculi humectantia, lac muliebre, item fomentationes humectantes conveniunt. *In Atrophiâ.*

38. In prurìtu oculorum, imprimis carunculæ lachrymalis, vena, ubi plethora, vel omnia conſentiant, ſecanda, humor acris, qui cauſa pruritus, debito modo evacuandus, deinde mitia topica, ut fomentationes, collyria & Balneum aq. dulcis &c. ordinanda. *In pruritu.*

39. In exitu oculi (*ἐκπιεσμὸς*) oculus in ſuum locum reponendus & convenienti ligaturâ in eo detinendus, cataplasmata ex roborantibus & repellentibus, aſtringentibus imponenda, ſi plethora adeſt, vena ſecanda, cucurbitulæ cum ſcarificatione collo & cervici applicandæ, ſi fiat propter muſculorum repletionem & reſolutionem, apophlegmatiſmi ordinandi, humores

pec-

peccantes appropriatis medicamentis purgantibus evacuandi.

De vitiis tum humorum oculorum, nervorum & ſpirituum opticorum, nec non palpebrarum vide Valeſcum de Taranta, D. Sennertum, Georgium Bartiſchium ocularium & alios.

DE AFFECTIBUS AURIUM.

III. Aphor. 24.

Ἐν δὲ τῇσιν ἡλικίῃσι τοιάδε συμβαίνει· Τοῖσι μὲν σμικροῖσι, καὶ νεογνοῖσι παιδίοισιν ἄφθαι, ἔμετοι, βῆχες, ἀγρυπνίαι, φόβοι, ὀμφαλοῦ φλεγμοναὶ, ὤτων ὑγρότητες.

Per ætates talia accidunt, parvis quidem & recens natis puerulis oris ulcera, vomitiones, tuſſes, vigiliæ, pavores, umbilici inflammationes, aurium humiditates.

[Parvulis fiunt ejuſmodi ob oris teneritatem, lactis acrimoniam, cerebri & totius corporis humiditatem copioſam: Calor etiam ratione humiditatum copioſarum debilis & partes omnes imbecilles, quæ excrementa expellere non poſſunt: Hinc morbi prædicti.

dicti. Gal. in com. 1 aph. 13. 2. de temp. 1. de ſanitat. tuend. 2. aphor. com. 11. 8. & 9. de decret. Hippocr. & Plat. 1. aph. 14. 1. de ſemine c. 7. 5. de uſu part. 4. & 9. 2. de ſympt. cauſ. 5. 3. M. M. c. 4.] Lib. 3. progn. 34. 3. aph. 25.

IV. Aphor. 28.

Ὁκόσοισι χολώδεα τὰ διαχωρήματα, κωφώσιος ἐπιγινομένης παύονται· καὶ ὁκόσοισι κώφωσις, χολωδέων γινομένων παύεται.

(A) Quibus bilioſæ dejectiones ſunt, ſuperveniente ſurditate deſinunt: (B) Et quibus ſurditas adeſt, bilioſis dejectionibus ſupervenientibus finitur.

[(A) Quia bilis ſuâ levitate caput petit. (B) Quia humor bilioſus à capite in ventrem translatus eſt. Celſus enim ait: Nihil plus adverſus ſurditatem poteſt, quàm bilioſa alvus. Gal. in com. Hipp. in coac. 2. Epid. 4. aphor. 25. Celſ. lib. 2. c. 6. 1. prorrh. cap. 31. 1. de loc. aff. 3. de loc. aff. cap. 8. 4. aphor. com. 61.]

Vide

Vide aph. … ſectionis … ſub titulo de

aph.	ſectionis	ſub titulo de
5	3	doloreCapitis.
17	3	eâdem.
21	3	tertianâ.
31	3	apoplexiâ.
49	4	febre continuâ
60	4	reliq.feb.ſympt
10	6	dolore Capitis.

APHORISMI PRACTICI.

1. In dolore aurium acuto, vena revulſionis gratiâ ſecanda, ne apoſtema calidum generetur.

2. In principio apoſtematis fiat larga ſanguinis evacuatio.

3. In aurium dolore ex apoſtemate calido, repercuſſiva debent eſſe mitigativa & non directè repercuſſiva, quia timetur læſio ſubſtantiæ cerebri, materia ergo extrorſum trahenda, nullum enim emunctorium partis principis admittit repercuſſiva fortia.

4. Purè maturantia calida & humida non debent apponi in apoſtemate auris ob membri complexionem ſiccam.

5. Quando ulcus aurium per ſe non ſane-

ſaneſcit, eluatur in ulcere recente, vino calido in quo coq. detergentia mixta; in antiquo & diuturno ulcere prodeſt ungventum Ægyptiacum in vino diſſolutum.

6. Quando parotides juxta aures eveniunt, curatio pro excitantis humoris ratione varianda eſt, repellentia tamen medicamenta in principio non ſunt adhibenda, imprimis quando natura per vim criſis ad radicem aurium mittit.

7. Omnia medicamenta, quæ in aurem inſtillantur, ſint tepida, liquida, & quantitate pauca, ne os petroſum repleant, & obſtructionem augeant.

8. Ejusmodi medicamenta topica ante univerſalem evacuationem non ſunt adhibenda; quâ præmiſsâ, applicentur ſacculi, ſuffumigia &c. ante injectiones.

9. A lenioribus ſemper remedijs inchoandum.

10. Narcotica non niſi urgente ſummâ neceſſitate auribus immittantur.

11. Svaviter & absque dolore tractanda auris, propter exquiſitum nervi auditorij ſenſum.

12. Quæ auribus apponuntur, ante ſex horas non auferenda, ſed non ſinantur diutiùs, ne vicinæ partes lædantur.

13. Si olei, vel ſucci facta eſt injectio, diligenter tunc aures mundandæ, ne meatus obſtruantur.

14. In vulneribus aurium proſunt cataplasmata emollientia, & dolorem lenientia, & vitentur omnia unctuoſa, craſſa, gravia medicamenta, nec non ligaturæ arctiores.

Tinnitus. 15. Tinnitus aurium pro cauſſarum varietate inſtitui debet.

16. Victus ratio ſemper inſtituenda eſt cauſſæ contraria.

17. In Tinnitu aurium à morbo Gallico cauti ſint juniores Medici & vehementioribus medicamentis non utantur, facilè enim ſurditatem cauſſare poſſunt: proſunt in hoc affectu alexipharmaca.

18. Non eſt tutum vermes in auribus interficere, quia putreſcunt, ſed vivi educantur, ſi fieri poteſt, ſin minùs, oleo philoſophorum, vel ol. coryli cum pauxillo ☿ij dulcis miſto fieri poteſt.

19. Sur-

19. Surditas (κώφωσις) pro cauſarum varietate curanda, nam ſi bilioſus humor cauſa eſt, cholagoga; ſi pituitoſus, viſcoſus & craſſus abundat, præmiſſis digerentibus, phlegmagoga ordinanda, ubi plethora, vena incidenda; præmiſſis univerſalibus ad particularia remedia accedendum, ut ſunt apophlegmatismi, errhina, ſternutamenta &c. proſunt etiam ea medicamenta, in aures, abſtruſis prius ſordibus, injecta, quæ habent vim incidendi & attenuandi.

20. Ante injectiones applicari poſſunt ſacculi, emplaſtra, ſuffitus, prædictarum virium.

21. Si ſurditas non per ſe, ſed per conſenſum accidat, tunc prius membro mandanti ſuccurrendum.

22. In ſurditate criticâ, ut in febribus acutis & malignis fieri ſæpè obſervamus, medicamentis naturam nullo modo impedire debemus &c. Vide Hipp. 4. aph. 24. & 60.

DE AFFECTIBUS NARIUM.

II. Aphor. 40.

Βράγχοι καὶ κόρυζαι τοῖσι σφόδρα πρεσβύτῃσιν οὐ πεπαίνονται.

Raucedines & gravedines in valdè ſenibus non maturantur.

[Ob caloris nativi viriumq; imbecillitatem, nec non affluxum continuum, ideoque ſenes plerumque comitantur ad mortem. Gal. in com. Hipp. 6. Epid. 3. com. 6.] Lib. 3. progn. 49.

IV. Aphor. 74.

Ὁκόσοισιν ἐλπὶς ἐς τὰ ἄρθρα ἀφίστασθαι, ῥύεται τῆς ἀποστάσιος οὖρον πολὺ, καὶ παχὺ, καὶ λευκὸν γινόμενον, οἷον ἐν τοῖσι κοπώδεσι πυρετοῖσι ἄρχεται ἐνίοισι γίνεσθαι· ἢν δὲ καὶ ἐκ τῶν ῥινῶν αἱμοῤῥαγήσῃ, καὶ πάνυ ταχέως λύεται.

Quibus ſperatur abſceſſum futurum ad articulos, liberat ab abſceſſu urina multa, craſſa & alba facta, qualis in laborioſis febribus 4. die quibusdam incipit fieri: Si verò etiam ex naribus fluxerit ſanguis, brevi admodum ſolutio fit.

[Quia materia ſive humor, cujus expulſio ad extremitates ſive juncturas futura erat, per urinam multam & craſſam, imprimis die decretorio, evacuatur. Simili modo, ſi dicto die è naribus ſanguis eruperit, morbi quoq; absque abſceſſu fit ſolutio citiſſima.

Gal.

Gal.in com. Hipp. 6. Epid. 4. com. 2.2. progn. 34. & 65. 4. aph. com. 31. 32. 44. Gal. 2. de criſ. 11. in lib. de tum. p.n. c. 3. lib. de cauſ. morb. 6. 3. progn. c. 25. 2. aph. 22. 46. 1. de morb. vulg. c. 2. & 4. 3. prædict. 29. 1. aph. com. 12.]

V. Aphor. 33.

Γυναικὶ τῶν καταμηνίων ἐκλειπόντων, αἷμα ἐκ τῶν ῥινῶν ῥυῆναι, ἀγαθόν.

Mulieri menſtruis deficientibus, ſi ſanguis è naribus effluxerit, bonum.

[Quia hæmorrhagia narium tollit ea mala, quæ ex menſibus p.n. cohibitis orta ſunt. Gal. in com. 5. aph. com. 57. lib. de rat. curat. per ſang. miſſionem 5. de ſimpl. med. facult. cap. 20. 22. 6. de loc. aff. c. 5. 1. prorrh. c. 31. 1. aphor. com. 21.]

V. Aphor. 49.

Ἐς ὑστερῶν ἐκπτώσιας πταρμικὸν προσθεὶς, προσλαμβάνειν τοὺς μυκτῆρας καὶ τὸ στόμα.

Vt ſecundæ procidant, ſternutatorio adhibito, nares & os comprime.

[Quia hac ratione ſecunda, ideſt, co-

rium fœtum involvens à cotyledo
bus & utero avellitur: vel ſternutato
uteri facultas expultrix per conſenſ
cerebri excitatur, putrefactis enim
cundis, mulieres febres, deliria, cap
dolores, tremores, animi deliquia p
untur. Gal. in com. lib. de ſympt. vu
lib. de fœtus form. 5. aph. 35. Hipp. l
Lib. 2. de morb. mulier. 7. aph. 57. 2. de con
de morb. medic. ſec. loc. 2. de ſympt. cauſ. 6.
popul. 5. aph. com. 39. Celſ. lib. 2. c. 8. Hipp. li
1. de morb. mul. 2. Epid. 5. l. 2.
morb.]

V. Aphor. 59.

*Γυνὴ ἢν μὴ λαμβάνῃ ἐν γαστρὶ, βούλῃ
εἰδέναι εἰ λήψεται, περικαλύψας ἱμάτι
θυμία κάτω. κἢν μὲν προσέρπειν σοι δοκέ
ὀδμὴ διὰ τοῦ σώματος ἐς τὰς ῥῖνας, καὶ ἐς
στόμα, γίνωσκε, ὅτι αὐτὴ οὐ δι' ἑαυτὴν ἄγο
ἐστιν.*

*Si mulier non concipiat, ſcire aut
voluerit, an conceptura ſit, veſtibus u
dique involutam ſubter ſuffito: quòd ſi od
tibi videatur penetrare ad os & nares,
pſam non ſui causâ ſterilem eſſe ſcito.*

[Quando ſuffitus aromatum ad r
r

res non permeat, uterus frigidus, denſus & ad concipiendum ineptus: quando verò contrarium accidit, uterus purus eſt, non clauſus, & ad concipiendum aptus. Gal. in com. Hipp. 6. Epid. 5. aphor. 4. 1. de ſem. c. 3. & 14. de uſu part. c. 3. 5. aph. com. 46. & 62.] 6. de morb. popul.

VI. Aphor. 2.

Οἶσι ῥῖνες ὑγρότεραι φύσει, καὶ ἡ γονὴ ὑγροτέρη, ὑγιαίνουσι νοσηρότερον. οἷσι τἀναντία, ὑγιεινότερον.

Quibus nares naturâ ſunt humidiores & genitura humidior, ij minus integrâ valetudine fruuntur: quibus verò contra accidit, ſalubriùs degunt.

[Nares enim humidæ cerebrum humidum, ſemen aquoſius, totum corpus ſeroſis humoribus crudis repletum eſſe ſignificat: In ſummâ, valetudinarij multisque morbis obnoxij ſunt plerumque, quorum corpora fiunt juſto humidiora. Hipp. 6. Epid. 6. c. 18. 3. aph. 15. Gal. in com. 2. art. Medic. 6. aph. com. 32. 1. de ſemine 3. aph. com. 11. 8. M. M. 7.]

Vide aph.	13	ſectionis	3	ſub titulo de	dolore Capitis.
	14		3		affect. oculorũ.
	20		3		Melancholiâ.
	23		3		dolore Capitis
	27		3		febribus longis
	31		3		Apoplexiâ.
	47		4		reliq. fe. ſympt
	49		4		febre continuâ
	60		4		reliq. fe. ſympt
	12		6		doloreCapitis.

APHORISMI
PRACTICI.

1. Narium fluxus criticus non cohi-bendus, conſtantibus viribus & bon- ægri tolerantiâ.

2. Neque etiam ſanguinis fluxus i- benè habentibus ſubitò reprimendus ſæpè enim interdum prodeſt; verùm quando pondus duarum vel trium li-brarum excedit, venæ ſectio ampliu- locum non habet.

3. Fluxus ſanguinis immodicus aver-tendus eſt ad loca oppoſita cucurbitu-lis & venæ ſectione, modò epar non ſi- debile.

4. Venæ ſaphenæ ſectio prodeſt, qui- phle-

phlebotomia pedis confert ægritudinibus, quæ fiunt ex materijs ad caput declinantibus.

5. Menſium & hæmorrhoidum provocatio etiam obeſt ijs, quibus fluere conſveverunt.

6. Fortis ligatura locorum oppoſitorum juvat, & refrigeratio corporis, & potus aquæ frigidæ.

7. Quando autem immodicus fluxus ſanguinis narium fit ob ſanguinis ſubtilitatem, copiam & tenuitatem, Narium hæmorrhagiam ſiſtit cucurbitula magna hypochōdrio dextro affixa; Sin ob robur facultatis expultricis, nec non retentricis imbecillitatem, aſtringentia & confortantia non negligenda.

8. Hæmorrhagia narium in morbis, laudabilior, quorum materia eſt ſanguinea vel biliosa, quàm pituitoſa & melancholica.

9. Si nares applicatione cauſticorum lædantur, contineatur aqua frigida in ore, & refrigerantia poſtea inijciantur.

10. Ante averſionem fluxus ſanguinis frigida & aſtringentia extrinſecus admota non proſunt, quia calor & ſan-

guis fugiunt & petunt interiora; ſanguis fit calidior & fluxibilior, hinc fluxus ſanguinis intenditur.

11. Genitalia linteolo duplicato & aceto frigido madefacto involvantur.

12. Narcotica cautè applicanda.

13. Victus ratio ſit incraſſans, glutinans, refrigerans.

14. In ſummâ, quæ vi aſtringendi, refrigerandi, oſcula venarum glutinandi, & cruſtam operculi vice inducendi prædita ſunt, ſanguinem è naribus fluentem ſiſtunt, nonnulla etiam occultâ proprietate ſanguinem cohibent.

15. ὀζαινα, quia ulcus eſt narium putridum & fœtidum, ex acri & putridâ materiâ excitatur, curari poteſt ſequenti modo. 1. totius habenda eſt ratio, ſeu prædicta materia purgantibus & venæ ſectione removenda. Deinde licet cauſa hujus ulceris ſit potentia ſicca, nihilominus tamē actu humida eſt, ideoque humiditas ejusmodi, repellentibus, detergentibus, discutientibus & exiccantibus tollenda. 3. Ulcus idoneis Balſ. & Emplaſtris conſolidandum.

Cur

Cur in narium ulceribus ſicca medicamenta competunt, cum humores cauſantes ejusmodi ulcera ſint ſicci?

Quia humores licet ſint potentiâ ſicci, habent tamen actualem humiditatem; ſicca ergo medicamenta proſunt.

16. In Cancro narium (*καρκίνωμα*) præmiſſis præmittendis, mitigantia, ſive dolorem lenientia ordinanda, in ſummâ, palliativa cura hic locum habet, difficulter enim curatur. Ulcera itaq; narium non negligenda, quia ſæpè in cancrum degenerant.

17. Polypum quod attinet, (*πολύπους, σάρκωμα*) eſt tuberculum ſeu carnis incrementum præter naturam, in naribus, ſubrubrum, nomen habet à multitudine radicum. Præmiſſis univerſalibus, ſunt nonnulli qui ligant eum circa radicem filo ſerico benè cerato, aut pilo caudæ equinæ & ſucceſſivè auferunt, vel ſi hoc modo abſciſſio fieri nequit, curationē medicamentis tētare ſolent aſtringētibus, extenuantibus, incidentibus, exiccantibus, diſcutientibus, urgente neceſſitate etiam erodentibus

tibus eſcharoticis, item ferro candente, & ſi hoc modo non curatur ad palliativam curam accedendum.

18. Si fœtor narium ab ulcere, ſive ocæna vel polypus ſit, ijs ſublatis ipſe ceſſabit.

DE STERNUTATIONE.

V. Aphor. 35.

Γυναικὶ ὑπὸ ὑστερικῶν ἐνοχλουμένῃ, ἢ δυστοκούσῃ, πταρμὸς ἐπιγινόμενος, ἀγαθόν.

Mulieri, quæ ab uteri præfocatione moleſtatur, aut difficulter parit, ſternutatio ſuperveniens, bonum.

[Quia ejusmodi vehemens concuſſio humores excrementitios & venenatos ſuffocationem cauſſantes excutit, atque ſic uterus ad locum ſuum naturalem detruditur. Eâdem ratione ſternutatio partum difficilem accelerat & ſecundas eijcit. Gal. in com. Celſ. lib. 2. c. 8. 9. de comp. med. ſec. loc. cap. ult. 5. aphor. com. 49. 55. 2. de ſympt. cauſ. 1. & 3. 6. aph. 39. 7. aph. com. 52. 6. aphor. com. 13.] 6. de locis cap. 5.

VI. A-

VI. Aphor. 13.

Ὑπὸ λυγμοῦ ἐχομένῳ πταρμοὶ ἐπιγενόμενοι, λύουσι τὸν λυγμόν.

A ſingultu detento ſternutationes ſupervenientes ſolvunt ſingultum.

[Quia cauſa ſingultus altiùs ventriculo immerſa excutitur & evacuatur, unde ſingultus ceſſat. Gal. in com. 1. prorrh. com. 23. 3. de loc. aff. 7. 6. aph. com. 39. 7. aphor. com. 53. de ſympt. cauſ. 1. 5. aph. 1. 2. de ſympt. cauſ. 6. 6. aph. com. 13. 4. de comp. med. ſec. loc. c. 5. 1. aph. com. 2]

VII. Aphor. 51.

Πταρμὸς γίνεται ἐκ τῆς κεφαλῆς διαθερμαινομένου τοῦ ἐγκεφάλου, ἢ διυγραινομένου τοῦ ἐν τῇ κεφαλῇ κενοῦ, ὑπερχεῖται γὰρ ὁ ἀὴρ ὁ ἐνεὼν ἔξω: ψοφεῖ δὲ, ὅτι διὰ στενοῦ αὐτῷ ἡ διέξοδος ἐστίν.

Sternutamentum cietur ex capite, calefacto cerebro, aut præhumectato ſpacio inani, quod eſt in capite: aër enim intus contentus foras erumpit: Sonat autem, quia per anguſtum ibi eſt exitus.

[Quando calor humorem acrem in cerebro contentum reſolvit, tunc ſuâ copiâ

copiâ, vel acrimoniâ facultatem expultricem excitat, unde ſternutatio. Gal. in com. 2. de ſympt. cauſ. 1. & 5. lib. de inſtr. odorat. 5. aphor. com. 35. 3. de ſympt. cauſ. 2.]

APHORISMI PRACTICI.

1. Sternutatio in ſtatu & declinatione coryzæ prodeſt, quia materia cocta: in principio verò nocet, quia materiam & cerebrum turbat & commovet.

2. Ideoque ſternutatio ſine coryza prodeſt, quia caput mundificat,

3. In ſternutatione patiens fugiat ea, quæ magis diſſolvunt, quam reſolvunt, imprimis radios ſolares, qui ſternutationi cauſam præbent; ignis verò laconicus, qui cauſam ſternutationis conſumit, non nocet. Ergò non omnis calor ſternutationi cauſam præbet.

4. Comeſtio rerum vaporoſarum fugienda.

5. Sternutatio, quia eſt bonus effectus ex malâ causâ, non nocet.

6. Humiditas, quæ in anteriore parte cere-

cerebri exiſtit, expultricem facultatem irritat, medicamentis appropriatis evacuanda.

7. Quando in Apoplexiâ ſternutamenta ſternutationem non promovent, Medicus fortiora non præſcribere debet, quia naturam victam & mortem ſignificat.

DE AFFECTIBUS ORIS ET LINGUÆ.

VI. Aphor. 32.

Τραυλοὶ ὑπὸ διαῤῥοίας μάλιστα ἁλίσκονται μακρῆς.

Balbi ab alvi profluvio longo maximè capiuntur.

[Balbuties fit ob nimiam cerebri humiditatem, muſculos & nervos linguæ humectantem: profluvium verò, quando cerebrum humidum copiam excrementorum humidorum in ventriculum demittit. Gal. in com. Hipp. in Coac. 2. Epid. 5. Gal. 1. Epid. 5. Gal. 1. Epid. 2. 2. aph. com. 21. 3. aph. com. 16. 3. de fac. natur. 8.]

Vide aph.		ſectionis		ſub t. de	
	21		3		febr. tertianâ,
	24		3		aff. natium,
	40		7		melancholiâ.

APHO-

APHORISMI
PRACTICI.

1. Abſtinendum ab his, quæ fauces, pulmonem, aut ventriculum lædere poſſunt, & quæ venenatam poſſident qualitatem.

2. Danda opera, ne medicamenta, vitriolum, arſenicum & æruginem accipientia transglutiantur.

3. Ulceribus oris Medicus vel chirurgus medicamentis citò occurrere debet, imprimis ubi malignitas adeſt facilè enim totum os inficitur. Inprimis quando ulcera Gallica ſunt.

4. Ulcera humida oris curantur, ut notum.

5. Ulcera verò oris, poſt apoſtemata dura & calloſa, difficulter, vel nūquam curantur.

6. Gargarismi ex aquâ plantaginis, roſarum & camphorâ, ſuâ ſiccitate & frigiditate calida oris ulcera ſanant.

7. Ranula eſt tumor, qui ad inflammationis ſimilitudinem ſub linguâ infantibus contingere ſolet. Græcè vocatur βάτραχ⊙ ab Arabibus ut Avicēna & Paulus Aëtius docent, ranula, ut dictum,

dictum, quia eſt ſimilis ranæ.

8. Cauſſa hujus tumoris eſt humiditas craſſa viſcoſa, & ſanguis craſſus.

9. Curatio duplici modo inſtituitur: Uno in perfectæ ætatis hominibus, ſectione venæ & purgatione, nec non oris collutione ex incidentibus & reſolventibus paratâ.

10. Altero in infantibus, collutionibus tantùm.

11. Chirurgiam quod attinet, tumor ſcalpello, vel ferro, ut Paræus vult, aperiatur & ubi humor viſcoſus affluxerit os debitò modo colluatur.

12. Si ranula appareat nigra, fuſca, vel dura, manum ne apponito, quia Cancri ſuſpicio eſt.

13. Halitus fœtens curatur ſublato cerebri, vel naſi, vel oris, vel ventriculi, vel pulmonum vitio, unde oritur, id eſt, ſecundum cauſarum exigentiam.

DE AFFECTIBUS DENTIUM.

Vide aph.	25	ſectionis	3	ſub t. de	convulſione.
	18		5		dol. capitis.
	53		4		febr. longis.

P APHO-

Digitized by Google

APHORISMI

PRACTICI.

1. In dolore dentium, medicamenta, quæ reſolvunt, aperiunt, & conſumunt, actu tepida & calida; quæ verò reprimunt ſint actu frigida, usque ad ſecundum vel tertium diem, in causâ vehementer calidâ; poſtea verò ſint tepida, ne poros claudendo materiam intus retineant.

2. In maximo dolore dentium, ne fiat ratione doloris humorum attractio, refrigerantia & repellentia ſunt præſcribenda, tàm in frigidâ quàm calidâ materiâ. ℞. Opij ſem. Hyoscyami ā. gr. iiij ſem. malu. apij gr. ij. Laudani opiati gr. j. aq. vitæ q. ſ. fiat pil. vel ℞. Rad. mandragoræ, pyrethri, Hyoscya. albi ā. ℥ß. fol. Nicotianæ Mß. piperis longi, ſem. Hyoſc. ā. ℥iij. opij ℥ß. Miſc. macerentur in liq. convenienti coq. quo dentes colluantur.

3. In frigidâ materiâ, narcotica vitanda.

4. Repellentia in dolore dentium, exterius cautè ſunt applicanda.

5. Dentes, non niſi in dolore vehemen-

mentiſſimo, & ubi nulla alia remedia proſunt, vel ubi major pars dentis putrida & fœtoris cauſa eſt, ſunt extrahendi.

6. Non ſunt applicanda particularia remedia, niſi præmiſſis univerſalibus, maximè quando adeſt humorum redundantia.

7. Acetum licèt dentibus & nervis ſit inimicum, nonnunquam tamen penetrationis gratiâ reliquis medicamentis miscetur, propter oſſium duritiem.

8. In dolore dentium maſticatoriorum uſus interdum improbatur, propter attractionem.

9. In putrefactione & corroſione dentium, præmiſſa purgatione, materia humida, quæ circa dentes putreſcit, removenda, dentes excavati poſt cibum purgandi & os gargarismo eluendum.

10. Frequens vomitus, cibi corruptibiles, eorumque copia & varietas, omnia dulcia, & quæ ſtuporem excitant, dentibus ſanis ſunt inimica.

DE AFFECTIBUS LABIORUM ET GINGIVARUM.

Vide	25	ſect.	3	ſub t.	cõvulſion.
aph.	49		4	de	feb.cont.

APHORISMI PRACTICI.

1. Labiorum fiſſuræ in febribus indicant criſin, ideoque plerumque per ſe ſanantur.

2. Fiſſuræ in linguâ indicant calorem præternaturalem in thorace, pulmonibus & ventriculo, alterantia ergo præſcribenda.

3. Fiſſuræ labij inferioris in mulieribus arguunt uteri ſiccitatem, & tales præ cæteris amant coitum. Gordo.

4. Si fiſſuræ ſunt à frigore, prodeſt ſeq. ungventum R. Ping. Caponis, Gallinæ lotæ in ſucco ſempervivi & aq. roſ. ā. ʒiß, adde ungventi pomati ʒiij ol. ceræ & ceræ ā. ʒj. Miſce.

5. Si fiſſuræ ortum habent à morbo Gallico, curantur alexipharmacis. Vide libel. meum de lue venereâ & alio-

rum

rum autorum libros, qui de hoc morbo ſcripſerunt.

6. Cancer labiorum etiam huc pertinet, qui non, niſi radicitùs & quidem ferro extirpetur, curatur.

7. Fluxus ſangvinis Gingivarum criticus non ſtatim cohibendus, ut in obſtructionibus interdum fieri obſervamus. Symptomaticus verò aſtringentibus curandus.

8. Inflammatio Gingivarum refrigerantibus & aſtringentibus curatur.

9. Apoſtema Gingivarum, præmiſſis præmittendis, curatur Gargariſmis ex abſtergentibus, exſiccantibus & aſtringentibus paratis.

10. Quando apoſtema in ulcus deſinit virulentum, quod fit cum humores acres & virulenti affluunt: Collutiones oris ex exſiccantibus & aſtringentibus, quibus etiam alexipharmaca admiſcenda, conveniunt &c.

11. Quando ulcus in cancrum degenerat, ut cancer curandus. Sennertus Gordonij Ungventum laudat, cujus ingredientia ſunt Rad. Elleb. Ariſtoloch. long. Tartarus, alumen Gall. Balauſt.

 ſuc-

ſuccus fol. oliva. vel agrimon. & Mel &c.

12. In diminutâ gingivarum carne prodeſt, pulvis ex Myrrh. Maſtich. & Balauſt. roſ. rub. thure &c. paratus & gingivæ aſpergendus &c. Ego utor ſeq. Medicamento: ℞. N. Moſch. n. iij. Garyophyll. n. 8.

Maſtichis, Bacc. lauri, ſacch. ā. ʒß.
Mellis roſ. ℥ij, Aluminis uſti ʒj.
Vel q. ſ. f. Ungventum.

13. In ſuperfluâ carne gingivarum addo prædicto ungvento aliquid Vitrioli & Myrrhæ.

II. Aphor. 15.

Ὅκου φάρυγξ νοσέει, ἢ φύματα ἐν τῷ σώματι ἐκφύεται, τὰς ἐκκρίσιας σκέπτεσθαι χρή. ἢν γὰρ χολώδεες ἔωσι, τὸ σῶμα ξυννοσέει: ἢν δὲ ὅμοιαι τοῖσιν ὑγιαίνουσι γίνωνται, ἀσφαλὲς τὸ σῶμα τρέφειν.

Vbi fauces ægrotant, aut tubercula in corpore enaſcuntur, excretiones ſpectare oportet: nam ſi bilioſæ fuerint, corpus unà ægrotat; ſin ſanis ſimiles fiant, corpus nutrire tutum eſt.

[Quando excretiones ſunt bilioſæ?

natu

natura nondum pravos humores omnes foràs ad cutem depoſuit, ſed adhuc intus hærent, ideoque purgare, non nutrire debemus: impura enim corpora quò magis nutris, eò magis offendis. Sin excrementa à corpore promanantia ſanorum excrementis ſimilia, nutrire, non purgare debemus. Tubercula enim, tumores & alia, quæ è corpore efflorеſcunt per criſin, à natura victrice perfectè fuerunt expulſa, & ſic corpus purum, quòd nutriendum. Gal. in com. 3. progn. 17. 19. 3. præſag. 2. & 21. 22. 6. aphor. com. 2. 3. aphor. com. 26. Gal. in lib. de tum. 4. aphor. com. 34. 47. 2. aphor. com. 36. & 37. Lib. 8. de placit. Hipp. & Plat.

DE AFFECTIBUS GUTTURIS.

II. Aphor. 43.

Τῶν ἀπαγχομένων; καὶ καταλυομένων, μήπω δὲ τεθνηκότων οὐκ ἀναφέρουσιν, οἷσιν ἂν ἀφρὸς ᾖ περὶ τὸ στόμα.

Qui ſtrangulantur atque exolvuntur, nondum tamen mortui ſunt, non redeunt ad vitam, quibus ſpuma circa os fuerit.

[Spuma ſi ex oris ſalivati humiditate oritur, bona & non mala, quia ſuſpenſus non ſuffocatus: quæ verò ex pulmonis nativa humiditate, eſt mala, quia ejusmodi ſpuma indicat caloris naturalis, ob magnam efferveſcētiam, extinctionem & perfectam ſuffocationem. Gal. in com. 4. aphor. com. 43. 14. & 34. 2. aph. com. c. 3. Vide Diomed. Cornarium hiſt. admir. rar.]

Lib. 2. progn. com. 47.

III. Aph. 26.

Πρεσβυτέροισι δὲ γινομένοισι παρίσθμια, σφονδύλου τοῦ κατὰ τὸ ἰνίον εἴσω ὤσιες, ἄσθματα, λιθιάσιες, ἕλμινθες στρογγύλαι, ἀσκαρίδες, ἀκροχορδόνες, σατυριασμοὶ, χοιράδες, καὶ τἄλλα φύματα, μάλιστα δὲ τὰ προειρημένα.

Cum verò jam magis adoleverint, tonſillarum inflammationes, vertebræ, quæ in occipitio eſt, ad interiora luxationes, aſthmata, calculi, lumbrici rotundi, aſcarides, verrucæ penſiles, ſatyriaſmi, ſtranguriæ, ſtrumæ, & alia tubercula, præcipuè verò prædicta.

[Quia in hac ætate, pueritiâ nimirum ad pubertatem tendente, totum genus

genus venoſum humiditatibus crudis, craſſis & multis repletum, quæ quando caleſiunt, in motum concitantur & reſolvuntur, vaſaque dilatantur, hinc varios morbos pro naturâ partium, in quas fit vaporum vel humorum depulſio, (quando nimirum partes vel obſtruuntur, vel humiditates in ijs putreſcunt) cauſare ſolent. Gal. in com. Celſ. lib. 2. 4. de locis affect. 5. 4. aphor. 37. 7. aph. 6. & 2. περὶ ἄρθρων. 3. com. & 2. Epidem. 2. lib. de tum. p. n. c. 21. 6. aphor. com. 46. 1. de fac. alim. c. 5. 6. de morb. vulg. c. 3. 1. aph. com. 14. l. 4. de morb. 14. M. M. c. 18. 2. aph. com. 15.]

V. Aph. 10.

Ὁκόσοι κυνάγχην διαφεύγουσι, ἐς τὸν πνεύμονα τουτέοισι τρέπεται, καὶ ἐν ἑπτὰ ἡμέρῃσιν ἀποθνήσκουσιν, ἢν δὲ ταύτας διαφύγωσιν, ἔμπυοι γίνονται.

Quicunque anginam effugiunt, ijs in pulmonem vertitur, & ſeptem diebus moriuntur; ſi verò hos effugerint, Empyici fiunt.

[Quia materia ſive cauſa anginæ,

quando in pulmones effunditur, ibiq; permanet & ad ſuppurationem non pervenit, fit naturæ oppreſſio, inde ſuffocatio à materiâ in pulmones delapsâ & mors: quia angina in pulmoniam tranſit. Quando verò ſeptimum diem evadunt, & virtus adhuc conſtat, pus etiam abſque læſione pulmonum expuitur, ſpes ſanationis eſt. Gal. in com. Hipp. in Coac. 3. progn. 20. Dodonæus in obſerv. c. 8. Celſ. l. 2. 54. de loc. aff. c. 5. 3. progn. l. 18. 3. aphor. com. 16. 6. aph. 33. 37. de rat. vict. com. 1. 4. de ratione victus. 30. 5. M. M. c. 8. 5. de loc. aff. c. 2. 4. aph. 34.]

VI. Aphor. 37.

Ὑπὸ κυνάγχης ἐχομένῳ, οἴδημα γίνεσθαι ἐν τῷ τραχήλῳ, ἀγαθόν.

Ab anginâ detento, tumorem fieri in collo, bonum.

[Quia à naturâ robuſtâ humoris morbifici à partibus internis, utpote nobilioribus, ad externas tanquam ignobiliores translatio fit. Gal. in com. 3. progn. 18. 3. de loc. aff. 7. 5. aph. com. 68. 3. prædict. 18. 6. aph. com. 15. Hipp. 7. aph. 49. 6. aph. 27. 3. progn. 16.]

VII. A-

VII. Aphor. 49.

Ὑπὸ κυνάγχης ἐχομένῳ οἴδημα καὶ ἐρύθημα ἐν τῷ στήθει ἐπιγινόμενον, ἀγαθόν. ἔξω γὰρ τρέπεται τὸ νόσημα.

Ab anginâ detento tumor & rubor in pectore ſuperveniens, bonum. Forâs enim vertitur morbus.

[Hic Aphoriſmus non diſſimilem habet cum præcedente ſententiam.]

Vide aph.	16	ſect.	3	ſub titulo de	Febr. long.
	20		3		Melanch.
	22		3		quartanâ.
	34		4		rel. feb. ſympt.
	35		4		rel. feb. ſympt.
	62		7		rel. feb. ſympt.

APHORISMI

PRACTICI.

1. In anginâ, quia morbus acutus, medicus concoctionem humoris facientis inflammationem non expectare, ſed ſtatim evacuare debet: Anginoſis autem potiùs potiones dandæ, quàm ſolida medicamenta.

2. Vomitoria nullo modo exhibenda, quia ægri facilè ſuffocantur.

κυνάγχη angina graviſſima, παρακυνάγχη mitior.

3. Ve-

3. Venæ ſectio, ubi plethora, non intermittenda, ſangvis autem paulatim educendus.

4. Clyſteres ad diverſionem proſunt, quia patientes non poſſunt medicamenta benè deglutire.

5. Poſt venam brachij ſectam, venæ ſub lingvâ aperiendæ.

6. In principio anginæ gargarismi in ore ſolummodò teneantur, & non gargariſentur, ne humor moveatur.

7. Præſcribere debet Medicus primò gargarismos ex repellentibus paratos, deinde repellentibus addere etiam debet leviter aſtringentia, incidentia & in fine reſolventia.

8. Ubi autem materia reſolvi nequit; ſuppurantibus, coquenda materia ſuppurata, tumor disrumpatur, ungvibus aut ferro aperiatur, ulcus abſtergatur, detergatur & conſolidetur.

9. In anginâ nequaquam repellentia medicamenta extrinſecus collo applicanda ſunt, quia materiam intrò ad partem inflammatam protrudunt. Ubi verò materia conſtiterit, diſcutientes Gargarismi non nocent.

10. Si dolor in anginâ intenſus ſit, miſceantur anodyna ſtypticis, ne fluxus ob dolorem augeatur, dolor enim attrahit.

11. In ſummâ, Medicus in anginâ augmentum debet prohibere (nam ubi confirmata eſt, interimit, niſi ſuppurata rumpatur) deinde quod fluxum eſt, evacuare.

12. Stercora canum, hirundinum, efficaciter proſunt anginæ.

13. Caſſia fiſtula emplaſtrata calida appoſita ab extra optimè juvat.

14. Lignum hederæ à proprietate valet ad apoſtemata gutturis.

15. In anginâ nothâ vena etiam aperienda, ne ſanguis affluens morbum augeat.

16. Proſunt etiam alia auxilia revulſoria, ut frictiones, vincula, lotiones extremorum, cucurbitulæ cum ſcarificatione cruribus & dorſo ſuper renes applicata.

DE AFFECTIBUS PECTORIS ET PULMONIS, ET PRIMÒ DE ANHELITU.

VI. A-

VI. Aphor. 46.

Ὁκόσοι ὑβοὶ ἐξ ἄσθματ☉ ἢ βηχὸς γίνονται, πρὸ τῆς ἥβης ἀπόλλυνται.

Quicunque gibbi ex aſthmate, aut tuſſi fiunt, ante pubertatem pereunt.

[Quia ejusmodi gibboſitas aut à pulmone eſt, aut pulmonem in conſenſum trahit: id eſt, ſpiritalia membra pubertate adveniēte & calore creſcente, ob pectoris anguſtiam cōprimuntur hinc ſuffocatio & mors. Gal. in com. Hipp. & Gal. 3. de art. co. 1. 2. 3. 7. & 19.]

κύφωσις. λώρδωσις. σκολίωσις.

Vide aph.	22	ſectionis	3	ſubt. de	quartanâ.
	23		3		apoplexiâ.
	26		3		aff. guttur.
	30		3		lethargo.
	31		3		apoplexiâ.
	34		4		rel. f. ſympt.
	50		4		fe. cōtinuâ.
	68		4		cōv. in febr.
	54		6		febr. acutâ.

APHORISMI PRACTICI.

1. Curationi ſemper præmittenda eſt præſervatio à paroxyſmis, quòd fit, quando cauſa mali idoneis medicamentis evacuatur.
2. In aſthmate primò materia, quæ in

pectus

pect⁹ ruit & mittitur, debito modo evacuanda & avertenda, membrũ mandãs roborandũ, flatusq; ſi adſunt, diſcutiẽdi.

3. Aſthmaticis vomitoria non exhibenda, quia materia, quæ in pulmonibus hæret, non evacuatur, ſed ea, quæ in ventriculo continetur, imò ob aſperæ arteriæ compreſſionem, quæ in vomitu fieri ſolet, æger facilè ſuffocatur.

4. Ubi Plethora, vena, minorante medicamento vel enemate præmiſſo, aperienda brachij.

5. Si aſthma fiat ob menſium vel hæmorrhoidum ſuppreſſionem, ſaphena Roſen-Ader/vel ea ſuper pollice aperiatur, die Rück-Ader genant.

6. Digeſtiva in principio nõ ſint fortis caliditatis, quia id quod ſubtile, abſumitur, craſſum verò manet.

7. Digerentia etiam medicamenta interdũ ſunt mutanda, deinde evacuantia, verùm tempore paroxyſmi ob metum ſuffocationis non exhibenda.

8. Si humor peccãs ſit tantus, qui ſpuitione ſive per ſcreatũ educi non poſſit, medicamentũ purgans pectorale, benignum tamen dandum, deinde ſcreatica fortia dentur.

9. Pur-

9. Purgantia enim in affectu hoc chronico & acuto non ſolùm ſunt repetenda; ſed etiam mutanda; Natura enim quando medicamentis aſveſcit, ea contemnit, ab aſſvetis autem nulla fit paſſio: Chronicus autem eſt morbus ratione humoris, ſive cauſæ, morbus acutus ratione paroxyſmorum.

10. Inter purgantia medicamenta pilulæ ſive catapotia eligenda, quia materiam à remotis partibus feliciùs attrahunt.

11. Purgantia in paroxyſmo, ſi humor craſſus & viſcoſus, absque fructu exhibentur, quia prædictus humor ſaltem movetur, non verò educitur, ſed potiùs ad locum affectum derivatur. Si verò humor tenuis, non nocent.

12. Calida & ſicca vitanda, quia humorem peccantem, vel affluentem inſpiſſant, ideoque potiùs blandiendum, quàm curandum.

13. Diuretica fortia etiam in hoc affectu non exhibenda, quia his materia tenuior evacuatur, craſſior verò, quæ difficulter evacuatur, relinquitur.

14. Tempore paroxyſmi pectus non

fri-

fricandum, neque fovendum, ne flatibus excitatis ſymptoma augeatur & æger ſuffocetur.

15. Sudorifera abſumunt quidem materiam antecedentem, verùm cum ijs cautè agendum, magna enim ſæpè pericula ob nimiam exſiccationem, aut humorum fuſionem ſequuntur, ideoq; non niſi dulcia ijs admiſta ſunt exhibenda.

16. Quando anhelitus parvus, & ſyncopen inducit, medicamenta fortia non exhibenda.

17. In anhelitu frigido non niſi confortantia præſcribenda.

18. Apophlegmatiſmi non ſunt exhibendi in aſthmate, quia pituitam in fauces deducunt, à quibus potiùs revellenda.

19. Victus ratio, quia Aſthmatis cauſa frigida & craſſa, ſit calefaciens & attenuans.

20. Aër humidus & frigidus vitandus.

21. Cibi melliti non nocent.

22. Vitentur omnes cibi craſſi & aſtringentes. Potus ſit vinum ſubdulce.

23. Patiens ſitim non ferat, ſed bibat, materia enim inciſa & deterſa eò faciliùs tuſſi eijcitur. Potus tamen nimis largus etiam nocet, quia materiam deſtillationis auget, & ſymptomata graviora reddit.

24. Motus quidem ante cibum utilis eſt, exercitia verò vehementia intermittenda, quia humores commovent.

25. Venus immodica, nec non animi accidentia etiam vitanda, quia humores commovet & paroxyſmum acceſſere ſolet.

DE TUSSI.

VI. Aphor. 35.

Τοῖσιν ὑδρωπικοῖσι βὴξ ἐπιγινομένη, κακόν.

Hydropicis ſi tuſſis ſuperveniat, malum.

[Quia vel epar ſcirrhoſum eſſe, ſuoq; pondere anguſtiam ſpiritalibus partibus præbere, vel humiditatem tantam abundare, ut jam aſperam arteriam occupet, ſignificat. Gal. in com. 2. Epid. ſect. 2. 2. de ſimpl. med. fac. c. 16. 17. 2. de ſympt. cauſ. 6. Hipp. 2. progn. 3. 7. aphor. 47.]

VII. A-

VII. Aph. 47.

Ὑδρωπιῶντα ἢν βὴξ ἔχῃ, ἀνέλπιστός ἐστιν.

Si tuſſim hydropicus habeat, deſperatus eſt.

[Eadem eſt ſententia cum Aphoriſmo præced.]

Vide aph.	40	ſectionis	2	ſub titulo de	affect. narium.
	5		3		affect. aurium.
	13		3		dolore capitis.
	20		3		melancholiâ.
	23		3		dolore capitis.
	24		3		affect. aurium.
	31		3		apoplexiâ.
	54		4		Cavſone.
	24		5		Catarrho.
	46		6		Anhelitu.

APHORISMI PRACTICI.

1. In tuſſis curatione initium faciendum eſt à cauſſæ remotione.
2. Quando vehemens eſt, ita ut ſymptomata periculoſa ſint metuenda, ut febris, abortus, venæ ruptio, hernia &c. ipſi neglectâ cauſâ ſuccurrendum.
3. Quando tuſſis in febribus acutis accidit, refrigerantia & humectantia præſcribenda, & ore geſtentur.

4. Si vel ab aſperitate aſperæ arteriæ, vel ſenſus acrimoniâ vehemens ſit, medicamenta lenientia & quæ ſuo lentore acrimoniam ſenſus tollunt, ordinanda.

5. Si tuſſis ab aliquâ intemperie ſine materiâ ſit, alterantia exhibenda.

6. Si ab intemperie, & quidem frigidâ cum deſtillatione, præmiſsâ præparatione evacuanda, vel per ſeceſſum, vel ſcreatum, non enim omnis tuſſis ſicca eſt, ubi nihil expuitur, vide Gordonium, ubi de tuſſi ſiccâ varias cauſas ponit.

7. In tuſſi frigidâ, ubi humor etiam craſſus, intensè calida & purè reſolventia non exhibenda, ne humor craſſus craſſior reddatur. Ideoq; reſolutivis lenientia & humectantia commiſcenda.

8. Si tuſſis à deſtillatione vel catarrho ſit, ἀρτηριακὰ & βηχικὰ proſunt, quorum medicamentorum paſſim magna copia apud autores invenitur.

9. In tuſſi vehementiſsimâ ob catarrhũ ortâ purgantibus medicamentis Laudani opiati vel opij gr. ij. addantur, ut materia fiat craſſior & ſomnus provocetur.

10. Si tuſſis ſit à materiâ calidâ, præmiſſis præmittendis, ea, quæ refrigerant, humorem incraſſant, acrimoniam obtundunt, aſperam arteriam leniunt præſcribenda.

11. In tuſſi rhevmaticâ ſive ſit calida, ſive frigida, proſunt vigiliæ moderatæ, quia per ſomnum humor magis fluit ad pectus.

12. Quando cum profluvio alvi, imprimis dyſenteriâ complicatur tuſſis, tunc ſtyptica cum lenientibus pectus commiſceantur.

13. Si tuſſis ſit à reliquis cauſis, ut in plevritide, peripnevmoniâ, calculis pulmonum, phtiſi fieri ſolet, curatio è ſuis locis petenda.

14. Diæta ſemper ſit contraria cauſæ.

DE VOCE.

Vide aph.	5	ſect.	5	ſub t. de	cōv. in febr.
	51		6		rel. fe. ſympt.
	62		7		aff. gutturis.

DE SPUTO SANGVINIS.

IV. Aphor. 25.

Αἷμα ἄνωθεν μὲν, ὁκοῖον ἂν ᾖ, κακόν· κάτω δὲ, ἀ-

τὸ δὲ, ἀγαθὸν, τὰ μέλανα ὑποχωρέοντα.

alij, τὸ μέλαν ὑποχωρεῖν.

Sangvinem ſupernè quidem efferri, qualiscunque ſit, malum: infernè verò, bonum, ſi nigra ſubeant.

[Sangvinis excretio, quæ per os, non per nares (ἄνω) fit, plerumque in viris mala eſt, quia ſignificat, aut apertionē, aut ruptionem alicujus vaſis: In mulieribus verò interdum bona, quibus purgationes menſtruæ conſtiterunt. Deinde ſangvinem per inferiora (per κάτω intelligit hæmorrhoides) effluere bonum eſt, juxta illud Hippocratis 6. Aphor. 11. Melancholicis & Nephriticis hæmorrhoides ſupervenientes, bonum &c. præſervat enim à multis morbis. Galen. in com. 6. de plac. Hippoc. & Plat. 2. de criſ. c. 12. lib. 2. de ſem. c. 5. 5. aphor, com. 33. & 57. Ariſt. l. 1. de generat. anim. l. 1. de tuend. ſanit 6. aphor. 11. 12. 5. aphor. 35. 4. aph. 74. 1. de morb. pop. c. 3. Galen. 3. de ſympt. cauſ. 5. cap. 2. lib. 3. de art. med. 2. aphor. 22. 6. aphor. 10. 4. aphor. 21.]

V. Aph. 13.

Ὁκόσοι αἷμα ἀφρῶδες ἀναπλύουσι, τουτέοισι

ἐκ

ἐκ τοῦ πνεύμονος ἡ τοιαύτη ἀναγωγὴ γίνεται.

Qui ſangvinem ſpumoſum exſpuunt, ijs ex pulmone talis rejectio fit.

[Quia eſt ſimilis viſceri, quod aëreum, ſpirituoſum, ideoq; ſanguis ſpumoſus pulmonis ulcera indicat. Sanguis enim, qui ruptâ venâ ſubitò in pulmone, ex ictu, aut vulnere ſpuitur, ſpumoſus non eſt. Gal. in com. 4. de loc. aff. 6.7. aph. 16 30. Celſ. l. 2. c. 7. 5. aph. 39. 6. aph. com. 33. 5. aph. com. 13.]

VII. Aph. 15.

Ἐπὶ αἵματος πτύσει πύου πτύσις, κακόν.

A ſangvinis ſputo puris ſputũ, malum.

[Significat enim ſangvinem in pectore à ruptione, vel eroſione vaſorum, putrefactum & in ſaniem converſum. Malum autem eſt non ratione puris, ſed ratione loci, vel partis, vel viſceris, tale itaque ſputum eſt malignum & malum. Ulcus itaque, quia non conſolidatum, deterſione, mundificatione & conſolidatione opus eſt &c. Gal. in com. in lib. de util. reſp. c. 5. 5. M. M. c. 14. 4. aph. com. 25.]

Vide {29} aph. {10} ſect. {3} {6} ſubt. de {Epilepſiâ. dol. capitis.

APHORISMI
PRACTICI.

1. In ſangvinis ſputo multum prodeſt plethoræ diminutio, ligatura extremitatum & frictio, ratione revulſionis.

2. Nimius motus reſpirationem fortem inducens nocet, item diuretica, aperientia: econtra ſtyptica medicamenta proſunt, modò abſit febris.

3. Sed cavendum, ne in ſputo ſangvinis per venam disruptam ante grumorum inciſionem & excretionem, glutinantibus, exſiccantibus, & aſtringentibus ſtatim utamur.

4. Ubi ſputum ſangvinis ab eroſione, vel apertione vaſis ex ſangvine bilioſo fiat, ſtatim expurgandus medicamentis temperatis.

5. In ſputo ſangvinis obſervandum, an plus ſangvinis expuatur, quàm puris: Si illud fiat, aſtringentia proſunt; ſi hoc, ſiccantia, citra tamen multam aſtrictionem, præſcribenda.

6. Patiens prohibeatur, ne tuſſiat, etiam non multum loquatur, nec etiam moveatur fortiter, ſed in quiete & ſilentio ſit.

7. Narcoticis, non niſi tentatis priùs levioribus remedijs, utendum, verùm non ſint recens parata.
8. Tuſſis cohibitio & ſupinus decubitus proſunt.
9. Caveat ab irâ.
10. Utatur cibis & potibus ſtypticis. Cibi autem ſint actu frigidi.
11. Maneat in aëre temperato.
12. Alvus ſit laxa.

DE PLEVRITIDE.

V. Aph. 8.

Ὁκόσοι πλευριτικοὶ γινόμενοι οὐκ ἀνακαθαίρονται ἐν τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέρῃσιν, τουτέοισιν ἐς ἐμπύημα μεθίσταται.

Quicunque pleuritici facti in 14. diebus supernè non expurgantur, ijs in empyema ſeu ſuppurationem convertitur.

[Quia Plevritis eſt morbus acutus, acutus autem morbus intra 14. dies mutatur, vel in pejus, vel in melius, id eſt, abſceſſus plevriticus erumpit intra 14. dies & quando purulenta materia in pectore retinetur & ſputo non evacuatur, per inſenſibilem digeſtionem non diſcutitur, ſed ſuppurationem fa-

 cit,

cit, & plevritis in Empyema, vel morbus in alium convertitur, pure nempè intra pulmonem & thoracem effuſo.

Lib. 1. de rat. vict. acut. Gal. in com. 3. Epid. com. 3. Hipp. 2. progn. 52. 47. 61. 2 M.M. 2. 4. aph. com. 73. de cauſ. pulſ. c. 7. & 5. de loc. affect. 2. *Lib. 1. de criſ. 18.* 1. aphor com. 12. 3. aph. com. 23. 6. aph. com. 33 lib. de tum. 2. de criſ. 10. 3. aphor. 52. com. 30. 1. aph. 7. 2. aphor. 23. 2. progn. com. 60.] Lib. 3. progn. 3.

V. Aph. 15.

Ὁκόσοι ἐκ πλευρίτιδος ἔμπυοι γίνονται, καὶ ἀνακαθαρθῶσιν ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσιν, ἀφ' ἧς ἂν ἡ ῥῆξις γένηται, παύονται. ἢν δὲ μὴ, εἰς φθίσιν μεθίστανται.

Quicunque ex plevritide ſuppurati fiunt, ſi in 40. diebus à ruptione per ſuperiora repurgantur, liberantur: Si verò non, in tabem tranſeunt.

[Id eſt, Si non in 40. diebus repurgantur, (quadrageſimus enim dies eſt ultimus terminus morborũ acutorũ) ſuccedit ſuppuratio, & ſuppurationi phthiſis: Sanies enim longo tempore in pulmonibus contenta eos corrodit, & phthiſin inducit. Hipp. 5. aphor. 8.

Ga-

Galen. in com. 7. Epid. 2. progn. 51. 52. 53. 57. 58. Celſ. l. 2. c. 8. 7. aph. com. 45. 55. 2. progn. com. 60. 6. aph. com. 23. 1. progn. 28. 6. aph. com. 27.]

VI. Aph. 5.

Τῶν ὀδυνέων καὶ ἐν πλευρῇσι, καὶ ἐν στήθεσι, καὶ ἐν τοῖσιν ἄλλοισιν, εἰ μέγα διαφέρωσι καταμαθητέον.

Num dolores in lateribus, in pectore & in aliis partibus multùm differant, conſiderandum.

[Species doloris ſunt variæ & multæ, quas Medicus diligenter diſcernere, nec non vehementiam conſiderare debet. Nam non duntaxat locum affectum, ſpeciem morbi & cauſas, verùm etiam quæ victus ratio & medicamenta præſcribenda, indicant. Gal. in com. 13. M. M. 6. 3. M. M. 4. 7. de decret. Hipp. & Plat. 6. Aphor. 5. 2. de loc. affect. 1. & 2. 5. Aphor. 66. 2. de criſ. 10. 4. aph. com. 1. 6. de aggreſſ. anat. 2. de rat. victus 10. 6. Epid. 7.]

VI. Aphor. 16.

Ὑπὸ πλευρίτιδος ἢ περιπνευμονίης ἐχομένῳ, διαῤῥοίη ἐπιγινομένη, κακόν.

Apleu-

A plevritide & pulmoniâ detento diarrhœa ſuperveniens, malum.

[Quia epar reliquaque viſcera ob ſympathiam, quam habent cum partibus reſpirationi inſervientibus, malè ſunt affecta, & quidem ita, ut præ imbecillitate viſcera primæ coctionis, ut ventriculus & inteſtina, alimentū non concoquere, nec etiam viſcera ſecundæ coctionis, venæ meſaraicæ, Epar, Lien, chylum attrahere, multò minus in ſangvinem convertere poſſint: Hinc lienteria, vel diarrhœa, quæ ſymptomatica, non critica. In mediocri verò plevritide & pulmoniâ, ubi ſigna coctionis adſunt, & die critico accidit, prodeſt. Gal. in com. 2. M.M. 2. 2. att. curat. ad Glauc. c. 1. 2. progn. 67. 2. aph. 30. 1. de criſib. 10.]

VI. Aphor. 33.

Οἱ ὀξυρεγμιώδεες οὐ πάνυ τι πλευριτικοὶ γίνονται.

Acidum ructum habentes, rarò plevritici fiunt.

[Quia ructus acidus eſt ſignum frigidi ventriculi: deinde qui acidum eructant,

ctant, frigidi plerumque ſunt temperamenti. Ergo ex frigiditate temperamenti ſangvis craſſus & frigidus fit, & ad inflammationem & plevritidem (nothâ plevritide exceptâ) ineptus, nec etiam membrana coſtas ſuccingens, quæ plevra vocatur, craſſos & frigidos humores ob denſitatem facilè admittit. Gal. in com. Trallian. l. 12. c. 1. Hippoc. lib. de aëre, aq. & loc. 2. de ſympt. cauſ. 1. 4. de fac. ſimpl. med. 14. 4. Aph. com. 2. de loc. aff. 2. M. M. 2. 2. de criſ. 10. & 2. de locis Affect. 3.]

VII. Aphor. 11.

Ἐπὶ πλευρίτιδι περιπνευμονίη, κακόν.

A morbo laterali pulmonis inflammatio, malum.

[Quia materia peccans pulmoni tanquàm parti nobili communicatur. Gal. in com. 2. M. M. 2. 2. de criſ. 10. 4. de præſag. ex pulſ. 2. 4. aphor. com. 34. & 50.]

Vide aph.	12	ſect.	1	ſub t. de	feb. interm.
	5		3		aff. aurium.
	23		3		dol. capitis.
	30		3		lethargo.

APHORISMI PRACTICI.

1. In principio hujus morbi Enema, deinde ubi plethora, vel ſumma vaſorum, pulmonum, totiusque thoracis ſangvinis abundantia, vires conſtantes & validæ, affluxus etiam ad partem affectam vehemens, in oppoſito brachio vena, revulſionis gratiâ, veſpere & nocte mediâ urgente neceſſitate aperienda, deinde alterâ, vel tertiâ die, prædictis cõſentientibus vena in brachio affecti lateris, derivationis gratiâ, ſecãda.

2. Præmiſsâ venæ ſectione humor affluxus vel affluens medicamentis lenientibus & quidem appropriatis evacuandus, fortia enim plus nocent, quàm proſunt, quia humor peccans his commotus ad partem affectam majori impetu ruit, vel interdum etiam periculoſum alvi profluvium accerſit.

3. Qvando autem ſputa ſalutaria prodire ſolent, purgantia non exhibenda.

4. Malignitas humorum plerumq; in hoc affectu obſervatur.

5. Quando materia ſive causâ morbi cocta, tàm natura per ſcreatum evacuare ſo-

re ſolet, quàm Medicus idoneis medicamentis adjuvare debet.
6. Medicamenta autem talia eligenda, quæ non ſolum prædictam materiam evacuant, ſed etiam quæ dolorem mitigant, inflammationem reſolvunt, & ſudorem eliciunt.
7. Externa medicamenta quod attinet, calefactiva in plethorico corpore, ante materię peccantis evacuationem, id eſt, ante venæ ſectionem & enematis applicationem, non applicanda.
8. Veſica lacte bubulo, in quo flores chamomelini incocti, repleta, loco dolenti applicetur: non enim plus attrahit ſive diſſolvit, quàm reſolvit.
9. Actu frigida plevriticis nocent.
10. Quæ apponuntur, tollantur, ubi refrixerint, ſuâ frigiditate enim nocent tùm repellendo tùm poros claudendo.
11. Omnia medicamenta, quæ ſputum prohibent, tanquàm venenū fugienda.
12. Quo ſputum educitur copioſius, eò citiùs cibo opus eſt, ob virium refectionem, copioſiori.
13. Narcotica, quia maturationē & ſputum impediunt non exhibenda.

14. Diu-

14. Diuretica ad incidendum, attenuandum, & faciliùs ſpuendum (ſed cautè) præſcribenda, quando autem materia ad urinæ vias vergit,absque periculo exhibenda.

15. Quando dolor ſedatus & morbus in declinatione eſt, tunc ab omnibus emplaſtris & cataplasmatibus calorificis abſtinendum: Quia materiam antecedentem evacuatam eſſe, conjunctam verò naturam fortem per ſe vincere poſſe, ſignum eſt.

16. Quando in hoc morbo adhibitis omnibus & varijs medicamentis dolor non mitigatur, neque intra 14. dies mundificatur, ſed febris, anhelitus difficultas, dolor & tuſſis augentur, ſignificat apoſtema ad ſuppurationem tendere: ideoque ſuppuratio maturantibus molienda, rupto per ſe, vel pharmaciâ, vel chirurgiâ, abſceſſu, mundificatione & abſterſione utendum.

17. Inſtans ſuppuratio diſcutienda, ſubſiſtens reſolvenda, increſcens utroque modo oppugnanda.

18. Diætam quod attinet,talis convenit,qualem acutus morbus calidus requi-

quirit, prodeſt enim imprimis ptiſana hordeaca, panatella ex jure Gallinæ, vel jure carnium caponis cum ovi luteo parata. Cibi ex amygd. pineis & alijs parati. Caro gallinar. vitulina &c.

19. Potus ſit decoctum hordei, cum Glyzerizâ, caricis paſſ. Jujub. Cinamomo, &c.

20. In declinatione morbi vinum Neccarinum non nocet, ſed modicè ſumptum. *Vel aliud non forte.*

DE PERIPNEVMONIA.

Vide aph.	23	ſ.	3	ſub t. de	dol. capitis.
	30		3		lethargo.
	66		5		convulſione.
	16		6		plevritide.
	11		7		plevritide.
	12		7		phrenitide.

APHORISMI PRACTICI.

1. Quia peripnevmoniæ eadem ferè curandæ ratio eſt, quæ plevritidis, ideoque Aphorismos practicos multos hîc addere non lubet.

2. Clyſter ita injiciendus & repetendus.

3. Sangvis in peripnevmoniâ, factâ ex materiâ plevritidis, vel anginæ, ſi in ipſis jam vena fuerit ſecta, non mittendus; virium enim defectio timenda.

4. In peripnevmoniâ plus ſputi eductione laborandum, quàm in plevritide, ob ſpirandi neceſſitatem, quia materia in flabello cordis continetur.

5. In hoc affectu localia pectori & dorſo, non lateri, ut in plevritide, ſunt applicanda.

6. Maximè debemus ſtudere, ut materia reſolvatur & tuſſi educatur, ne ad ſaniem veniat, ſicuti etiam in plevritide.

7. Topica ferè eadem conveniunt, quæ in plevritide, ingredientia autem debent habere vim digerendi, discutiendi, emolliendi, qualia ſunt fomenta, cerota, Emplaſtra.

8. Cucurbitulæ brachijs applicandæ, ut ſangvis aliquo modo evacuetur & à pulmonibus avertatur.

9. Ligaturæ & frictiones etiam non nocent.

10. Diæta eadem ſit, quæ in plevritide.

DE

DE EMPYEMATE.

VI. Aphor. 27.

Ὀκόσοι ἔμπυοι, ἢ ὑδρωπικοὶ καίονται, ἢ τέμνονται, ἐκρυέντος τοῦ πύου, ἢ τοῦ ὕδατος ἀθρόου, πάντως ἀπόλλυνται.

Quicunque ſuppurati, aut hydropici uruntur, aut ſecantur, ſi pus, vel aqua confertim effluxerint, moriuntur.

[Quia cum pure, quod aliàs per ſe malum, multi ſpiritus ex vaſis arterioſis exeunt, undè animi deliquia exiſtunt: In hydropicis verò ideò univerſa aquæ evacuatio periculoſa, imò lethalis, quia non duntaxat ſpiritus copioſi etiam exeunt; verùm etiam plurimus aër frigidus ſubit locum aquæ confertim evacuatæ, & reliquum calorem nativũ extingvit. Hinc mors. Gal. in com. Hipp. lib. de intern. paſſ. 1. aph. 6. & 21. Galen. lib. de part. art. med. 6. Epid. 9. M. M. cap. 12. 2. progn. c. 1. 6. aphor. 28. 2. de temper. 1. de compoſ. med. ſ. l. c. 2. 3. art. med. 1. de ſen. cap. 12.]

VI. Aphor. 41.

Ὁκόσοισι διάπυόν τι ἐὸν ἐν τῷ σώματι μὴ ἀποσημαίνει, τουτέοισι διὰ παχύτητα τοῦ πύου, ἢ τοῦ τόπου, οὐκ ἀποσημαίνει.

Quibus ſuppuratum quid in corpore existens non innoteſcit, his propter puris, aut loci vel cutis craſsitudinem non innoteſcit.

[Quando abſceſſus intra muſculos ventris, vel cruris, aut articulos magnos latent, ut & in calcaneo, plantâ pedis, ob ſoliditatem, vel craſſitiem deliteſcit, ad ſuperficiem propelli nequit, tumor etiam nullus apparet, nec in faſtigium attollitur, neque etiam digitorum tactui aut compreſſui cedit. Idcoque cauteria ſunt adhibenda. Hipp. in coacis. Celſ. lib. 2. c. 8. 2. aph. 47. Gal. in com. 4. aph. com. 22. 6. aphor. com. 27. 2. progn. 60. 1. progn. 45. 7. aph. com 8.]

VII. Aphor. 20.

Ἐπὶ ἐρυσιπέλατι σηπεδὼν, ἢ ἐκπύησις, κακόν.

Ab Eryſipelate putredo, aut ſuppuratio, malum.

[Quia malitiam humoris biliosi, naturam ſangvinis excedentis ſignificat, qui non duntaxat partes in ſuperficie exiſtentes exulcerat: verùm etiam ad profundiores & ſanas partes paſcendo ſerpit. E. malum. Gal. in com. Hipp. 7.aph.15.16.5.aph.com.15.& 23.1.de diff. febr. 6.]

VII. Aphor. 22.

Ἐπὶ ὀδύνῃ πολυχρονίῃ τῆς περὶ τὴν κοιλίην ἐκπύησις, κακόν.

A diuturno ventris dolore ſuppuratio, malum.

[Quia mala & erodens ſanies, ſive biliosa, vel melancholica, ſanas partes depaſcit, aut abſceſſu ad interna rupto, poſt ſe ulcera profunda & ſinuoſa relinquit; dolores enim à flatibus, aut ab humore mordaci, aut ab intemperie frigidâ, non ſunt diuturni, ſicuti quotidiana experientia teſtatur. Gal. in com. 1. progn. 17. 1. de facult. nat. c. 1. 2. progn. com. 57.] 7. Aph. 6.

VII. Aph. 44.

Ὁκόσοι ἔμπυοι καίονται, ἢ τέμνονται, ἢν μὲν τὸ πύον καθαρὸν ῥυῇ καὶ λευκὸν, περιγίνονται:

ἢν ᾖ ὕφαιμόν τι, καὶ βορβορῶδες, καὶ δυσῶδες, ἀπόλλυνται.

Qui ſuppurati uruntur, aut ſecantur, & ſi qui em pus purum & album effluxerit, evadunt; ſi verò ſubcruentum, faculentum & fœtidum, moriuntur.

[Pus album indicat naturam, morbum; econtrà ſubcruentum &c. morbum naturam viciſſe. Hoc eſt, quia quando ſubſtantia Epatis corrumpitur, concoctrix facultas perit, caro etiam ſive parenchyma Epatis reparari non poteſt, imò diffluit, putreſcit, ideoque pus inſtar amurcæ, quando vomica aperitur, profluit ſubcruentum, cœnoſum fœtidum. Quando verò pus purum effluit, tunc ſubſtantia Epatis non eſt corrupta, pus etiam intra ſubſtantiam Epatis ejusque membranam, quæ à peritonæo & membranâ coſtas ſuccingente ortum habet, fluctuat. E. Gal. in com. Hipp. 1. progn. 42. & 2. progn. 72. lib. 2. de morb. Gal. 6. aph. com. 27. Gal. 1 progn. com. 46. 2. progn. com. 22.] Lib. 3. progn. 70.

Vide

	8		5		plevritide.
	10		5		aff. gutturis.
Vide	15	ſ.	5	ſub t.	plevritide.
aph.	20		5	de	rigore ſebr.
	39		7		Catarrho.

APHORISMI PRACTICI.

1. Si fuerit empyema ex catarrho, oportet attendere ei & divertere ipſum, & ſiſtere, ne fluat ad pectus.

2. In hoc affectu, præmiſſis præmittendis, medicus ſuppurationem Topicis, & quidem Cataplasmatibus validis & humidis adjuvare debet.

3. Maturato abſceſſu diligentiam adhibere, ut rumpatur.

4. Rupto abſceſſu idoneis medicamentis pus per ſcreatum, veſicam, ſive urinam, vel inteſtina evacuare.

5. Si verò tanta copia puris adſit, ut neque per ſcreatum, urinam, ſeceſſum evacuari poſſit & ſuffocationis periculum immineat, thorax, modò vires permittant, aperiendus & quidē inter quintam & quartā coſtam, ita, ut penetret usq; ad locū puris, ejusmodi apertio fieri poteſt novaculâ, vel cauterio.

6. Thorace aperto, pus non confertim, ſed ſenſim evacuari debet.
7. Quando autem æger ſectionem non vult admittere, phthiſi moritur.
8. Victus ratio eadem eſt, cum eâ, quæ eſt in phthiſicis. Cibi itaque habeant vim ſiccandi, abſtergendi, incidendi, attenuandi, condiendi etiam ſunt hyſſopo, fœniculo, aniſo, abſtineat à leguminibus & fructibus crudis.
9. In vulneribus pectoris cavendum, ne fiat Empyema; ideoque ſtatim in principio vena ex latere diverſo revulſionis & derivationis gratiâ aperienda, deinde apponantur repercuſſiva & prohibentia ſaniei generationem.
10. Empyemati affectus cognatus eſt hydrops pectoris. Ideoque quia aqua, vel humor, ſive cauſa hujus affectus coctionem non admittit, ijs medicamentis, quæ aquam educunt, præmiſſis præmittendis, ut ſunt Mechoaca alba, & nigra, ſuccus & rad. ſambuc. &c. evacuandus. Diuretica etiam interdum non nocent.
11. Cavendum tamen, ne Medicamentis materia peccans fortibus agitetur

tetur & ſic ſuffocationem excitet.

12. Cauteria pedibus impreſsa hîc quoque locum habent.

13. Victus ratio ea convenit, quæ Hydropicis præſcribitur.

DE PHTHISI.

IV. Aphor. 8.

Τοὺς δὲ φθινώδεας, ὑποστελλομένους τὰς ἄνω φαρμακείας.

Tabidos purgare volentes, caveamus partes ſuperiores.

[Tabidus enim habet anguſtum thoracem, imbecillos pulmones, & venas quæ facilè rumpuntur: ulcera etiam propter vehementem commotionem irritantur. Galen. in com. 1. de morb. vulg. c. 17. 3. aphor. com. 16. 17. 4. aphor. com. 11. lib. de gland. lib. de loc. in hom. 3. de fac. nat. c. 13.] *Lib. 1. Epid.*

V. Aphor. 9.

Φθίσις γίνεται μάλιστα ἡλικίῃσι τῇσιν ἀπὸ ὀκτωκαίδεκα ἐτέων μέχρι πέντε καὶ τριήκοντα.

Tabes maximè fiunt in ijs ætatibus, quæ ſunt à 8. ad 35.

[Quia hæc ætas eſt calida, adeſt etiam

ſangvinis effervefcentis abundantia, juvenes etiam intemperatiores ſunt ſenibus. Ergo non ratione ætatis, ſed ratione diætæ. Gal. in com. 5. aph. com. 11. & 15. 7. aph. com. 16. 3. aph. com. 30. 31. 6. de tuend. ſanit. 5. de loc. aff. 2. 5. M. M. cap. 2. 5. aphor. com. 9. 3. aphor. 29.]

V. Aphor. 11.

Τοῖσιν ὑπὸ τῶν φθισίων ἐνοχλευμένοισιν, ἢν τὸ πτύσμα, ὅπερ ἂν ἀποβήσσωσι, βαρὺ ὄζῃ ἐπὶ τῶν ἄνθρακας ἐπιχεόμενον, καὶ αἱ τρίχες ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ῥέωσι, θανάσιμον.

Qui tabe infeſtantur, ſi ſputum, quod extuſſiunt, graviter olet carbonibus injectum, & capilli à capite defluunt, lethale.

[Quia ſputum, quando carbonibus injectum fœtet, extremam humorum & pulmonis putrefactionem & ſaniem ſuperfluam oſtendit. Defluvium capillorum verò alimenti defectum, naturalis facultatis imbecillitatem, nec non humoris corruptioné & per conſequens mortem indicat. Gal. in com. 2. de ſympt. cauſ. 6. 7. aph. com. 8. 4. de ſimplic. medic. facult. c. 22. 1. progn. c. 46. 6. aph. com. 34.]

V. Aphor. 12.

Ὁκόσοισι ἂν φθισιῶσιν ἀποῤῥέωσιν αἱ τρίχες ἀπὸ τῆς κεφαλῆς, οὗτοι διαῤῥοίης ἐπιγενομένης ἀποθνήσκουσιν.

Quibus tabe laborantibus capilli à capite defluunt, ij, alvi profluvio ſuperveniente, moriuntur.

[Quia omnium animalium virium, imprimis retentricis facultatis magnam imbecillitatem, partium ſolidarum colliquationem & pulmonum νέκρωσιν, quæ mortem minatur, oſtendit. Gal. in com. Celſ. l. 2. c. 8.]

V. Aph. 14.

Ὑπὸ φθίσιος ἐχομένῳ διάῤῥοια ἐπιγενομένη, θανατῶδες.

Si tabe detento profluvium alvi ſuperveniat, lethale.

* in ijs ſcilicet, qui tabe diu laborãrunt.

[Quia indicat cordis, ventriculi, reliquorumq; viſcerum facultatem naturalẽ, ob pulmones putridos læſam eſſe. Sed tum demum alvi profluvium in tabido eſt ſignum lethale, quando nimirum reliqua ſymptomata in ſupe-

rio-

rioribus aphoriſmis indicata, ut capillorum defluvium, ſputum graveolens, ſimul coëant. Gal. in com. 1. de rat. vict. ac. 4. aph. com. 22.]

VI. Aph. 12.

Αἱμοῤῥαΐδας ἰηθέντι χρονίας, ἢν μὴ μία διαφυλαχθῇ, κίνδυνος ὕδρωπα ἐπιγενέσθαι, ἢ φθίσιν.

Hæmorrhoides ſananti antiquas ſeu diuturnas, niſi una ſervetur, periculum eſt hydropem, aut phthiſin ſuccedere.

[Quando hæmorrhoides obſtruuntur, & non fluunt, tunc ſangvis fæculentus, qui per has evacuari debet, regurgitat in totum corpus: ſi in Epar, aut lienem, calorem nativum extingvit, extincto calore nativo, ſangvificatio perit & hydrops ſequitur: Si in pulmones, ratione acrimoniæ vel ſalſedinis ulcus excitat, hinc phthiſis; ſi una quæpiā aperta ſervetur, & optima victus ratio & evacuationes debitæ certo tempore adhibeantur, prędicti morbi non adveniunt. Gal. in com. Celſ. l. 2. c. 7. Gal. 3. de humor. 20. Hipp. lib. 4. de vict. acut. 2. progn. c. 1. 1. aph. com. 3.]

VII. A-

VII. Aphor. 16.

Ἐπὶ πύου πτύσει φθίσις καὶ ῥύσις, ἐπὴν δὲ τὸ πτύελον ἴσχηται, ἀποθνήσκουσιν.

Apuris ſputo phthiſis & fluor, cum verò ſputum retinetur, moriuntur.

[Significat enim puris ſputum pulmonum eroſionẽ & exulcerationem, & quando retinetur ſputum, tunc viæ reſpirationis obſtruuntur & ægri ſtrangulantur. Per fluorem autem Hippocrates intelligit aut defluvium capillorum, vel alvi profluvium: Utrumque malum. Gal. in com. 5. aph. 14. 5. aph. 11, & 12. 3. aph. com. 29. 4. aph. c. 1. 1. præd. c. 46. 7. aph. com. 16. 5. M. M. 8. 1. de diff. febr. 1. aph. com. 14.]

Vide aph.	13	ſect.	3	ſub t. de	dol. capitis.
	16		3		febr. longis.
	22		3		febr. quart.
	29		3		Epilepſiâ.
	13		5		ſputo ſãgv.
	15		5		plevritide.
	65		5		febr. longis.
	74		7		Catarrho.

APHORISMI PRACTICI.

1. Phthiſicis cathartica fortia nocent, cly-

clyſteres verò & refuſiones lenes admittantur.

2. Venæ ſectio, ubi plethora, non nocet.

3. Radix curæ eſt, in ſiſtendo catarrho, non tamen omninò tuſſis eſt reſtringenda, quia ſanies expulſionem impedit.

4. Ulcera pulmonum difficiliùs ſanantur, quàm aliarum partium thoracis, quia vis medicamenti tardiùs ad pulmones pervenit, deindè pulmones minùs carnoſi: tertiò continuò movetur.

5. Si prædicta ulcera ſunt ab acribus, ſalſis & calidis humoribus, nunquàm ſanantur; quia ægri prius intereunt, quàm tales humores purgatione, vel alteratione corrigantur. Hinc (licet Th. Eraſtus contrarium ſtatuat) Phthiſis confirmata raro, vel nunquam curatur, vel quando curatur, curatio ejuſmodi potiùs miraculoſa, quàm artificioſa eſt.

6. In cibo ſequentes regulæ ſunt obſervandæ. 1. Cibus ſit facilis concoctionis, quia calor phthiſicorum debilis. 2. Sint multi nutrimenti, quia phthiſici ſunt extenuati. 3. Sint refrigerantes, quia

quia febris plerumque complicatur. 4. habeant etiam ob ulceris impuritatem vim detergendi. 5. habeant quoq; vim conſolidandi. 6. Parùm & ſæpiùs reficiatur patiens cum bonis cibis.

7. Lac phthiſicis, ſi ulcus non ſit malignum & cura vera ſequatur, prodeſt, quia citò penetrat, nutrit, temperat, humectat, abſtergit & glutinat.

8. Lac, ubi adſit catarrhus, febris acuta, fluxus ventris, dolor capitis &c. non prodeſt.

9. Lacte hauſto non propinetur vinum, quia coagulatur & corrumpitur, & ſic plus nocet, quàm prodeſt.

10. Vinum dilutum tabidis prodeſt, licet febris adſit, ſi vires ſint debiles & proſtratæ: Si verò ſint validæ, detur lac amygd. d. melon. cum aq. hordei paratum &c.

11. Phthiſicus dormiat ſuper latus infirmum, ut juvetur natura ad expellendum.

12. Medicus, vel alius circa phthiſicum verſans, habeat in ore conſerv. roſarum &c. quia eſt morbus contagioſus.

13. Et-

Digitized by Google

13. Etſi ſomnus humectet, tamen quia in ſomno tuſſis ceſſat, admittendus, ſed is non ſit diuturnus, nec meridianus, quia catarrhum auget.

14. Phthiſicus ſit lætus, caveat à triſtitiâ, irâ &c.

15. Quies phthiſicis prodeſt, quia corpus humectat.

16. Quando pedes & extremitates phthiſici inflantur & ungves in manibus incurvantur, calorem pariter naturalem & innati caloris imbecillitatem ſignificat, ideoque confortandus.

DE AFFECTIBUS CORDIS.

II. Aphor. 36.

Οἱ ὑγιεινῶς ἔχοντες τὰ σώματα, ἐν τῇσι φαρμακείῃσι καθαιρόμενοι, ἐκλύονται ταχέως· καὶ οἱ πονηρῇ τροφῇ χρεόμενοι.

Qui ſalubriter degunt, ij hauſto medicamento celeriter exolvuntur, ut etiam qui pravo utuntur alimento.

[Quia quando medicamentum non invenit humorem appropriatũ, id eſt, excrementitium, in corpore ſano, tunc trahit bonum, quod absque ſangvinis & car-

carnis colliquatione fieri non poteſt. Medicus ergò ſanis, nec non convaleſcentibus, ut & iis, qui pravo cibo utuntur, niſi humores ex ijs nati prius corrigantur, medicamenta purgantia temerè porrigere non debet. Paulatim itaq; & ſucceſſivè evacuandi ſunt humores mali, & boni viciſſim per epicraſin ſunt apponendi. Gal. in com. 6. de tuend. ſanit. 3. art. medic. 1. de fac. ſimpl. med. c. 1. & 24. 1. aph. com. 22. de 3. de temper.]

II. Aphor. 41.

Οἱ ἐκλυόμενοι πολλάκις καὶ ἰσχυρῶς ἄνευ φανερῆς προφάσιος ἐξαπίνης τελευτῶσιν.

Qui crebrò & vehementer citra cauſam manifeſtam animo delinquunt, ij derepentè moriuntur.

[Quia vel congeries craſſorum humorum, vel vaporum venenoſorum in cor imbecillum decumbit, vel ſpiritus diſſolvuntur, corrumpuntur, coarctantur, ob venarum jugularium apoplecticarum obſtructionem. Galen. in com. Hipp. in coac. 2. de tuend. ſanit. 1. progn.

λειποθυμία ſive deliquium animi eſt caſus animalis. Syncope verò caſus vitalis.

S

progn. 11. 1. art. curat. ad Glauc. c. 13. de febribus. Gal. de ſangv. miſſione.

• VI. Aphor. 18.

Κύστιν διακοπέντι, ἢ ἐγκέφαλον, ἢ καρδίην, ἢ φρένας, ἢ τῶν ἐντέρων τι τῶν λεπτῶν, ἢ κοιλίην, ἢ ἧπαρ, θανατῶδες.

Si cui veſica diſſecta eſt, aut cerebrum, aut cor, aut diaphragma, aut tenue inteſtinum aliquod, aut ventriculus, aut epar, lethale eſt.

[Veſica enim profundiùs vulnerata, quia nervoſa, nunquam vel rarò, ubi verò peritonæo obducta & carnoſa, ſæpiſſimè curatur. 2. Cerebrum vulneratum, ſi non ſit profundum, vel ad ventriculos non penetrat, curatur. 3. Corde vulnerato nemo liberatur, nam ſi vulnus penetrat ventres, pereunt effuſo ſangvine & ſpiritu. 4. Diaphragma vulneratum, quia excarnis ſubſtantiæ, etiam ob frequentem & perpetuum motum non conſolidabitur. 5. Tenuium inteſtinorum vulnera non facilè curantur, quia horum ſubſtantia membranoſa & nervoſa: craſſorum verò quia carnoſa, curatur. 6. Ventriculi vulnus, ſi non circa fundum ſit, cura-

curatur. 7. Epatis vulnera quia multo ſangvine madent, (eſt enim venarum principium) antequàm conſolidarentur, mors accideret. Galen. de loc. aff. 1. 2. de decret. Hipp. & Plat. 7. 8. de uſu parc. cap. 4. 7. aphor. com. 2. & 14. in lib. de cauſ. reſpir. c. 5. Galen. 1. de loc. affect 6. aphor. com. 19. & 36. lib. 1. elem. 6. de uſu part. 18. 6. M. M. 4. 5. aphor. 30. Galen. in comm. lib. 8. de plac. Hipp. & Plat c. 10. Hipp. in coacis 1. de morb. 5. Epidem. Celſ. lib. 5. cap. 26. 2. de uſu parr. 10. Ariſt. 3. hiſt. 15. Avicenna 4. primi tract. 1. cap. 1. Kentman. in lib. de calc. Vide Fallopium & Volckerum, Anton. Muſ. Braſavolan.]

VII. Aphor. 8.

Ἐπὶ φύματος εἴσω ῥήξεος ἔκλυσις, ἔμετος καὶ λειποψυχίη γίνεται.

A Tuberculi introrſum ruptione fit exolutio, vomitio, & animi defectio.

[Ut vomicæ & abſceſſus ruptionem ad ventriculum ſequitur vomitus; ſic ad pulmones, tuſſis: ad inteſtina & meſenterium, puris dejectio,

animi autem defectio fit ob fœtorem, qui cor imprimis eo in loco, ubi venæ & arteriæ multæ, nec non ſext. par nervorum offendit, ſpiritus vitales & animales diſſipat, reſolvit & opprimit. Galen. in com. 2. aph. 41. Gal. 6. Epid. 1. in progn. lib. 1. com. 44. 45.]

Vide aph. {65, 56} ſect. {4, 5} ſub t. de {rel. ſe. ſym. cõvulſione.}

APHORISMI PRACTICI.

1. Membra principalia fortia purgantia ferre non poſſunt: purgaturus ergò medicus humores cordis ſuperfluos, cordialia ſolutivis miſcere debet.

2. In affectibus cordis plerunque venæ ſectio purgationi præferenda.

3. Venæ ſectio enim in hoc affectu, ut Gal. 5. de loc. aff. 2. 2. de cauſ. pulſ. c. 2. lib. 13. M. M. c. 11. it. lib. de venæ ſect. adverſus Eraſiſt. c. 4. & 8. docet, valdè prodeſt, quia venæ ſectione ſanguinis copia in venis arterias illis vicinas premens evacuatur, tumor & venarum extenſio tollitur, & ſic patiens ab hoc ſymptomate interdum liberatur.

4. Venæ autem variæ derivati[illegible]s & ul-

revulſionis gratiâ aperiri poſſunt. 1. Vena brachij dextri vel ſiniſtri. 2. Venæ crurũ, ut vena ſuralis, Brand-Ader/ vena, quæ in minimo digito pedis apparet Gicht-Ader / vena ſuper pollice pedis, Ruck-Ader / præſertim quando hic affectus originem habet à menſium obſtructione vel hæmorrhoidum.

5. Fluxus hæmorrhoidum in hoc affectu magnum auxilium affert.

6. In quem finem Cucurbitulæ, præmiſſis præmittendis, hypochondrijs, interdum etiam dorſo (ut Rhaſes vult) cum & ſine ſcarificatione applicari poſſunt.

7. In hoc affectu. Gal. de curat. per ſangv. miſs. c. 22. Arteriotomiam ſvadet, verùm non magnas, ſed exiles arterias ſecandas eſſe putat.

8. Si palpitatio cordis à flatibus ſit, materia craſſa & viſcoſa, ex quâ flatus generantur, præmiſſa præparatione, evacuanda, deinde flatus & vapores diſcutiendi.

9. Si palpitatio eſt ab humore in pericardio, venæ ſectio nullo modo, licet

multi contrarium ſtatuant, locum habet. Econtra ejusmodi medicamenta, quæ aquam abſumunt & discutiunt, ut ſunt confect. alkermes Spe. diambræ, diamoſchi d. Theriac. Mithridat. & alia cordialia calida item proſunt, etiam medicamenta humida & ſicca calida exterius applicata, quorum apud autores magna copia paſſim invenitur; In diuturnâ cordis palpitatione proſunt etiam cauteria brachijs, ſi à capite defluat, vel pedibus, ſi ab inferioribus partibus ad cor transmittatur, impreſſa.

10. In purâ intemperie vena nullo modo aperienda.

11. Cor, quando calido morbo laborat, modico frigidorum cordialium uſu ad habitum naturalem redit, ideoque in omnibus morbis cordis vehementer calefacientia, ut & vehementer refrigerantia, fugienda.

12. Si morbus aliquis cordis per conſenſum fiat, ſemper habeatur ratio membri mittentis.

13. Sac-

13. Sacculi cordiales tepefacti adhibeantur.

14. Epithemata cordialia ſacculis ſunt efficaciora.

15. Epithemata cordis ante univerſalem evacuationem nunquam adminiſtrentur.

16. Cor confortantia, arterijs etiam in carpo imponantur.

17. Ubi cor ex craſſo ſanguine palpitatione laborat, à ſudoriferis & diureticis abſtinendum: Verùm ſi aquoſus & ſeroſus humor morbum illum producat, nihil eſt quod facilius hunc morbum poſſit vincere. Εκλυσις.

18. Patienti ſyncope laboranti ſtatim neglectâ causâ, cordi tanquàm nobiliſſimo membro ſuccurrendum, ſive ſit per ſe, ſive per conſenſum. Jus ergò carnium, vel panis in vino maceratus &c. ſi non adſit nimius calor, vel febris acuta, exhibendus, aliaque confortantia, tàm interna, quàm externa.

19. In paroxyſmo ſyncopes virtus eſt excitanda ligaturis, frictionibus, & ſternutationibus &c. (niſi ſyncope

fuerit ex reſolutione.) Spiritus etiam nutriendi rebus odoriferis, niſi fuerit à ſuffocatione matricis.

20. Syncope, cujus cauſa in ventriculo continetur, vomitu profliganda.

21. In paroxyſmo ſyncopes propter materiam, quæcunque illa ſit, proſunt vigiliæ.

22. Somnus etiam in ſyncope ex materiâ venenoſâ, aut ſudore ſuperfluo, ratione repletionis humorum nocet.

23. Diæta ſecundum cauſarum diverſitatem conveniens ordinanda, econtra alexipharmaca & cordialia medicamenta exhibeantur.

DE AFFECTIBUS MAMMARUM.

5. Aphor. 37.

Γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ, ἢν οἱ μαζοὶ ἐξαίφνης ἰσχνοὶ γίνωνται, ἐκτιτρώσκει.

Si mulieri uterum ferenti mammæ ſubitò extenuantur, abortit.

[Hoc fit ob calorem cordis auctum & alimenti defectum: (communes enim quædam venæ ſunt utero & mammis) ideoque quando fœtus debilis,

præ-

prædictum defectum vel indigentiam ferre non poteſt, ſeſe volvendo & calcitrando membranas ſive cotyledones abrumpit, inde abortus. Gal. 7. de decret. Hipp. & Platonis. Gal. 7. de uſu part. 22. Hipp. de morb. mul. Ariſt. 4. de gener. 7. Gal. in com. 14. de uſu part. 8. 4. Epid. propè finem.] *Hipp. lib. de nat. infantu.*

V. Aphor. 38.

Γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ ἢν ὁ ἕτερος μαθὸς ἰσχνὸς γένηται, δίδυμα ἐχούσῃ, θάτερον ἐκτιτρώσκει. καὶ ἢν μὲν ὁ δεξιὸς ἰσχνὸς γένηται, τὸ ἄρσεν, ἢν δὲ ὁ ἀριστερὸς, τὸ θῆλυ.

Mulieri geminos ferenti, ſi altera mamma extenuetur, alterum abortit: Et ſiquidem dextra mamma extenuatur, marem, ſi ſiniſtra, fœminam.

[Hoc etiam fit, ut ſupra dictum, vel ob fœtus imbecillitatem, vel alimenti defectum. Gal. in com. Hipp. lib. de nat. fœtus. Gal. lib. de ſect. vul. Galen. 14. de uſu part. c. 7. l. 2. de ſemine cap. 5. Hipp. in lib. de ſuperfœt. & de nat. pueri in fine. Ariſt. 7. Hiſt. 4.] Lib. 5. aph. 48.

V. Aphor. 39.

Γυνὴ μὴ κύουσα, μηδὲ τετοκυῖα, ἢν γάλα ἔχει, ταύτῃ τὰ καταμήνια ἐκλέλοιπε.

Si mulier nec prægnans, nec puerpera, lac habeat, ei menſtrua defecerunt.

[Quia ſangvis, qui per menſes evacuari debet, regurgitat in mammas, ubi in lac coquitur beneficio caloris mammarum & teſticulorum: Teſticuli enim in mulieribus, quò calidiores, eò lac concoquunt perfectiùs, & tales mulieres plerumque ſunt laſcivæ. Gal. in com. 14. de uſu part. c. 8. & 1. de ſanit. 3. de temper. lib. de facult. nat. cap. 11. 12. Ariſt. 3. hiſt. animal. 20.]

V. Aphor. 40.

Γυναιξὶν ὁκόσῃσιν ἐς τοὺς τιτθοὺς αἷμα συστρέφεται, μανίην σημαίνει.

Quibus mulieribus ſangvis ad mammas in tumorem colligitur, furorem ſignificat.

[Tumoris prædicti cauſa eſt ſangvis bilioſus ad lactis generationem ob inflammationem inutilis, qui quando ad caput effumat, maniam inducit.

Ga-

Galen. in com. Plato in Phædro. Gal. 7. aphor. c. 5. 6. aph. com. 53. Hippocr. 1. prorrh. c. 31. 7. aphor. 7. de util. reſpi. 5. 2. Epid. 6. Celſ. lib. 2. cap. 7.] de vict. acut. 22.]

V. Aphor. 50.

Γυναικὶ τὰ καταμήνια ἢν βούλῃ ἐπισχεῖν, σικύην ὡς μεγίστην πρὸς τοὺς τιτθοὺς πρόσβαλλε.

Si mulieri menſtrua ſiſtere velis, cucurbitulam ad mammas appone quammaximam.

[Quia communes ſunt utero & mammis venæ, ut ſupra mentio facta. Cucurbitulâ ergo magnâ ſub mammis affixâ, ſangvis retrahitur surſum per revulſionem ducitur que ad mammas, & inferiùs fluere deſinit: Sed laquei quoque ad genua immittendi ſunt, nec non alia medicamenta adſtringentia, repellentia &c. præſcribenda. Galen. 3. de loc. affect. cap. 4. Hippoc. 2. Epidem. 6. ſect. 2. de morb. mul. Galen. 1. ad Glaucon. 12. M. M. 3. de curat. rat. per phlebotom. cap. 18.]

V. Aphor. 53.

Ὁκόσαι διαφθείρειν μέλλουσι τὰ ἔμβρυα, ταύτῃσιν οἱ τιτθοὶ ἰσχνοὶ γίνονται. ἢν δὲ πάλιν σκληροὶ γένωνται, ὀδύνη ἔσται ἢ ἐν τοῖσι τιτθοῖσιν, ἢ ἐν τοῖσιν ἰσχίοισιν, ἢ ἐν τοῖσιν ὀφθαλμοῖσιν, ἢ ἐν τοῖσι γούνασι, καὶ οὐ διαφθείρουσι.

Quæ abortum facturæ ſunt, ijs mammæ extenuantur, ſi verò contrà duræ fiant, dolor erit aut in mammis, aut coxis, aut oculis, & genubus, & non abortient.

[Quia mammarum extenuatio fœtus imbecillitatem ſignificat, hæc penuriam ſangvinis, vel ejus vitioſi ad uterum dolentem transmiſſionem, natura enim plerumque ad affectam uteri partem transmittit ſanguinem. Quando verò mammæ extenuatæ iterum duræ & ſolidiores fiunt, non ſequitur abortus, quia humor vitioſus, qui in utero continebatur, transfertur ad mammas, ex quo interdum cancer occultus naſcitur, vel ad aliam partem utero cognatam, ut ſunt coxæ, genua, oculi &c. 2. Epid. 1. ſect. 5. aph. 37. & 52. 53. Gal. 14. de uſu part. c. 8. & 5. Ariſt. 4. meteor. Ariſt. 1. de gen. c. 12. Gal. 7. de decr. Hipp. & Plat. Hipp. l. de nat. mul.]

V. A-

V. Aphor. 52.

Γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ ἢν γάλα πολὺ ἐκ τῶν μαζῶν ῥυῇ, ἀσθενὲς τὸ ἔμβρυον σημαίνει. ἢν δὲ στερεοὶ οἱ μαστοὶ ἔωσιν, ὑγιεινότερον τὸ ἔμβρυον σημαίνει.

Mulieri gravidæ ſi lac multum è mammis effluat fœtum imbecillum ſignificat: ſin mammæ fuerint ſolidæ, ſaniorem eſſe fœtum ſignificat.

[Quia fœtus ob imbecillitatem ſangvinem non amplius ad uterum, inprimis poſtremis menſibus conceptionis allicit, vel quia calor ſeminis unà cum ſangvine ob vinculorũ corruptionem tranſit ad mammas, ibique ſangvinem in lac copioſum convertit: Unde ob multitudinem defluit. Vel uterus habet cum mammis ratione vaſorũ maximum conſenſum, hinc quando benè valet, tum fœtum usque ad debitum tempus firmiſſimè continet, & mammæ etiam mediocriter duræ ſunt. Celſ. lib.2.c.7. Hipp.2.Epid.ſect.6. 5.aphor. 37. Gal. 14. M. M. c.8. Galen. 5. aphor. com.52.]

APHORISMI PRACTICI.

1. Quæ multiplicant & imminuunt ſemen

ſemen & ſangvinem, multiplicant & imminuunt lac.

2. In caſſatione lactis fiat diſſolutio, ſi à causâ calidâ, conveniunt frigida, ſi à frigidâ, calida applicentur.

3. Mammarum inflammationi validè repellentia non conveniunt.

4. Mamilla affecta rarò ad ſanitatem reducitur, niſi alterius ſanæ lac exiccetur.

5. Si glandulæ, vel tumores alij in mamillis à ſuppreſſione menſium oriantur, curatio à venæ ſectione inchoetur, deinde menſes debito tempore idoneis medicamentis provocentur.

6. Scirrho repellentia non conveniunt.

7. Cancer in mamillis, quando altas radices egit, ſectionem non admittit, nec reſolutivis cedit, palliativis ergo medicamentis utendum, unâ enim guttulâ ſangvinis venenati relictâ, cancer rurſus repullulat.

DE AFFECTIBUS VENTRICULI.

I. Aphor.

I. Aphor. 2.

Ἐν τῆσι ταραχῆσι τῆς κοιλίας, καὶ τοῖσιν ἐμέτοισι τοῖσιν αὐτομάτως γινομένοισιν, ἢν μὲν οἷα δεῖ καθαίρεσθαι καθαίρωνται, ξυμφέρει τε καὶ εὐφόρως φέρουσιν, ἢν δὲ μή, τοὐναντίον. οὕτω δὲ καὶ ἡ κενεαγγείη, ἢν μὲν οἵη δεῖ γίγνεσθαι, γίγνηται, ξυμφέρει τε καὶ εὐφόρως φέρουσιν, ἢν δὲ μή, τοὐναντίον, ἐπιβλέπειν οὖν δεῖ καὶ χώρην, καὶ ὥρην, καὶ ἡλικίην, καὶ νούσους, ἐν ᾗσι δεῖ, ἢ οὔ.

In perturbationibus ventris & vomitionibus ſponte factis, ſi qualia oportet purgentur, & confert & facilè ferunt; ſin minus, contrà; Sic & vaſorum inanitio & repletio, ſi qualem fieri oportet, confert & facilè ferunt: Sin minus, contra accidit. Proinde & regionis & temporis, anni, ætatis & morborum habere rationem oportet, in quibus conveniat, vel non.

[Quia natura non ſublevatur, niſi evacuatione humoris infeſtantis naturam; quod fit, vel ratione quantitatis, vel qualitatis, vel ſitus. Humoris autem quantitas, qualitas & ſitus dignoſcitur potiſſimum ex regionis temperie, vel intemperie, in quâ æger verſatur, ex quatuor anni partium viciſ-

ſitu-

ſitudinibus; ex ætate, in quâ ægrotus conſtitutus eſt; ex morbi denique naturâ; quæ nunc hunc, nunc illum humorem cauſam habet; & proinde illius remotionem indicat. Gal. in lib. prorrh. c. 40. 7. aph. com. 26. 4. aph. com. 12. 21. 22. 24. 6. de morb. vulg. c. 2. Gal. lib. de ſect. ven. contra Eraſ. 1. aph. com. 20. 21. 23. 6. aph. com. 49. 7. aph. com. 55. Gal. in lib. de facult. purg. Hipp. 6. Epid. 4. c. 12. in lib. de hum. 2. com. 17. 5. aph. 4.]

I. Aph. 15.

Αἱ κοιλίαι χειμῶνος καὶ ἦρος θερμόταται φύσει, καὶ ὕπνοι μακρότατοι. ἐν ταύτῃσιν οὖν τῇσιν ὥρῃσι καὶ τὰ προσάρματα πλείω δοτέον. καὶ γὰρ τὸ ἔμφυτον θερμὸν πλεῖον ἔχουσι. τροφῆς οὖν πλείονος δέονται. σημεῖον αἱ ἡλικίαι καὶ οἱ ἀθληταί.

Ventres hyeme & vere naturâ ſunt calidiſſimi & ſomni longiſſimi: Quapropter iis temporibus alimenta plura dare oportet, calorem innatum ſiquidem copioſiorem habent: alimento igitur ampliore opus habent: argumento ſunt ætates & athletæ.

[Quia hyeme & vere naturâ, id eſt, ratione ἀντιπεριστάσεως plus in nobis eſt cali-

calidi innati, ideoque hoc tempore multum datur alimenti. Deinde ob noctium longitudinem ſomni ſunt longiſſimi, qui calorem nativum à vigiliâ diſſipatum reparare ſolent, item omnes naturæ actiones per ſomnum robuſtiores fiunt. Hipp. 3. progn. 17. 3. præſag. 2. 21. 22. 6. aph. com. 2. 2. aph. com. 15. 3. progn. 19. 3. aph. com. 26. Galen. lib. de tumor. 4. aphor. com. 47.] *5. De ſimpl. med. facult. 9. 5. Aph. 17.*

II. Aphor. 11.

Ῥᾷον πληρȣ͂σθαι ποτοῦ, ἢ σιτίȣ.

Facilius est impleri potu, quàm cibo.

[Quia liquidiora faciliùs alterantur, coquuntur, promptiùs diſtribuuntur, apponuntur & aſſimilantur, quàm ſolidiora. Gal. in com. 14. M. M. c. 16. 2. aph. com. 28. 5. de ſanit. tuen. 9. de plac. Hipp. & Plat. 3. de facult. alim. c. 39. 4. aph. com. 21, 3. de rat. vict. in morb. ac. c. 1.] Lib. de alimento. 2. aph. 18.

IV. Aph. 19.

Ὁκόσοι ἐν τῇσι φαρμακοποσίῃσιν μὴ διψῶσι καθαιρόμενοι, ȣ̓ παύονται, πρὶν ἢ διψήσωσιν.

Qui ſumptis potionibus purgantibus

nen ſitiūt, dum purgantur, ij non deſinunt, priusquàm ſitiant.

[Sitis enim ſufficientis purgationis ſignum. Sitis ergò non eſt à ventriculi, vel medicamenti purgantis, vel humoris purgandi calore, ſed à nimiâ humoris evacuatione. 2. aph. com. 12. 4. aph. com. 15. 1. de ſympt. cauſ. c. 7. 1. de fac. med. c. 32. 2. de pot. nat. c. 7. & 9. 6. aph. com. 52.]

V. Aphor. 27.

Ὁκόσοισι ἢ πίνειν ὄρεξις νύκτωρ, τοῖσι πάνυ διψώδεσιν, ἢν ἐπικοιμηθῶσιν, ἀγαθόν.

Qui verò noctu bibere appetunt, iis admo dum ſitientibus, ſi obdormiverint, bonum.

[Somnus ſitim ſc. parvam tollit; quia ſangvis ſomni tempore intrò repens corporis profunditatem humectat atque ſitim extingvit. Aliàs theorema medicum eſt, caliditatem ſive ſitim illam, quæ facta eſt vino meraciori ob frigidi & humidi penuriam, aquam reſtingvere. Galen. 1. de ſimpl. med. fac. 32. & 4. com. 6. de morb. pop. 2. de fac. nat. c. 9. Hipp. 2. prorrh. 8.]

Gal. 7. M. M.

VI. A-

VI. Aphor. 1.

Ἐν τῇσι χρονίῃσι λειεντερίῃσιν ὀξυρεγμίας ἐπιγινομένη, πρότερον μὴ γινομένη, σημεῖον ἀγαθόν.

In diuturnis inteſtinorum lævitatibus, ſi ructus acidus ſuperveniat, qui priùs non erat, ſignum bonum.

[Quia ſignificat calorem ventriculi, quaſi antè ſepultum, nunc reparatis nonnihil viribus, reviviſcere, & cibum, licet non exactè, concoquere, atque ſic lienteriæ ſolutionem tandem futuram eſſe. Gal. in com. Hipp. 2. Epid. 2. Gal. 4. ſimpl. 15. 5. aph. 70. 6. Epid. 5. de loc. aff. 5. 6. de loc. aff. 2. 4. de uſ. part. 17. 3. Epid. com. 3. 4. Aph. com. 12. & 24. 2. de ſympt. cauſ. 2. 4. de ſimpl. med. fac. 4. 6. aph. com. 1.]

VI. Aph. 7.

Τὰ ἀλγήματα τὰ κατὰ τὴν κοιλίην γινόμενα, τὰ μὲν μετέωρα κουφότερα, τὰ δὲ μὴ μετέωρα, ἰσχυρότερα.

Dolores ventris ſublimes, leviores, non ſublimes verò vehementiores.

[Quia ſunt in externis partibus,

 nimi-

nimirum intra cutem & muſculos, & ſic longiùs ſunt à partibus principalibus: Dolores verò, qui ſunt ſub peritonæo, id eſt, in ventriculo, Epate, inteſtinis &c. ſunt periculoſiores: harum enim principatus & actio dignior. Gal. 7. aphor. com. 56. 2. aph. 35. Gal. 1. de alim. fac. c. 1. Gal. 2. progn. c. 13. Gal. 5. de anat. adminiſtr. 6. aph. com. 58.]

VII. Aphor. 54.

Ὁκόσοισιν μεταξὺ τῆς γαστρὸς καὶ τῶν φρενῶν φλέγμα ἀποκλείεται, καὶ ὀδύνην παρέχει οὐκ ἔχων ἔξοδον, οὐδὲ εἰς ἑτέρην τῶν κοιλιῶν, τουτέοισι κατὰ τὰς φλέβας ἐς τὴν κύστιν τρεπομένου τοῦ φλέγματος, λύσις γίνεται τῆς νόσου.

Quibus inter ventriculum & ſeptum transverſum pituita repoſita eſt & dolorem affert, in neutrum ventrem exitum habens, iis per venas in veſicam conversâ pituitâ, morbi ſolutio fit.

[Hic aphoriſmus abſque anatomiæ cognitione intelligi non poteſt: Pituita ergò ejuſmodi caloris beneficio attenuata & reſoluta, per tunicam epar inveſtientem transfuſa, in Epatis ſubſtantiam abſorbetur, ibi beneficio venæ ca-

næ cavæ & venarum emulgentium in veſicam deducitur, atque ſic morbi ſolutio fit. Alij dicunt per truncum venæ cavæ aſcendentē & meatus multos habentem inter diaphragma & peritonæum hoc fieri. Alij volunt venas renum cum venis diaphragmatis, nec non azygos uniri, atque ſic harum beneficio ejusmodi pituitam diſſolutam evacuari. Quod non eſt incredibile, naturæ enim forti nihil eſt impoſſibile, varias enim invenit vias. Imò ſæpiſſimè ſplenetici, vel qui Melancholiâ hypochondriacâ laborant, (ſicut & ego aliquoties obſervavi) ſangvinem in magnâ copiâ beneficio ramorum venæ portæ & arteriæ cœliacæ, quibus ventriculus nutritur, per vomitum & ſeceſſum ejiciunt. Galen. in com. 6. aphor. 14. 3. aphor. 20. 7. aphor. com. 55. 2. de admin. anat. 4. de aggreſſ. anat. 4. de uſu part. c. 7. Hipp. 6. Epid. 5. com. 2.]

Vide Io. Riolanum Antropograph. lib. 2. cap. 17. Adrianum Spigel. Anat. lib. 6. cap. 5.

Vide aph.	48	ſ.	4	ſub t. de	febre contin.
	54		4		Cavſone.
	65		4		rel. fe. ſympt.
	65		5		febr. longis.
	18		6		aff. cordis.
	33		6		plevritide.
	23		7		Empyemate.

APHORISMI PRACTICI.

1. In affectibus gulæ abſtinendum à mordacibus & acutis medicamentis, eſt enim exquiſiti ſenſus.

2. Cataplasmata ſuper ſpinam dorſi imponenda, quia gula ſpinæ dorſi ſuperjacet.

3. In abſceſſibus gulæ evacuationes per venæ ſectionem & purgationem non omittendæ, imprimis quando calor intenſus. Idem faciendum, quando os ventriculi inflammatur.

4. In abſceſſibus gulæ frigidis, medicamenta frigida & ſtyptica non adhibenda, maturatio enim his impeditur. Quando autem ſunt calidi & dolor intenſus, tunc repellentia maturantibus anodynis & reſolventia miſcenda.

5. Gar-

5. Gargariſmi in calidis abſceſſibus coquantur in principio ex repellentibus, materiam enim çopioſam affluentem reprimunt.

6. Medicamenta, quæ in hoc affectu præſcribantur, ſint viscida, ut in viâ diutiùs retineantur.

7. Abſceſſu rupto, abſtergens gargariſmus ex iis, quæ ſimul dolori & inflammationi reſiſtunt, præſcribendus, ut ſunt hordeum, Sebeſten, Herb. prunellæ, flo. Malvæ, roſ. rub. Carica. ſem. Cydonior. Pſyllij, capit. papav. cum ſemin. &c.

Lac caprinum etiam non nocet.

8. His ita præmiſſis, proſunt conſolidantia, qualia ſunt rad. conſolid. major. Tormentil. Herb. plantag. fol. roſ. rub. bol. armen. Terra Sigill. Maſtich. Thus, Syr. Cydon. Glyzyr. de roſ. ſiccis, Myrtil.

9. In læsâ deglutitione proſunt ea medicamenta, quæ in paralyſi Linguæ exhibentur, ut ſunt Herb. Roriſm. Salviæ, Rutæ, flo. Lavendulæ, lil. Convall. & nuc. moſch. Garyophyll. Cardamo. Cubebæ, Cinamo. Galangæ, acori, ireos Flo. Mel. anthoſat. aqu. Salviç, Lãgij &c.

10. Quælibet ventriculi intemperies ſibi contraria indicat. Medicamenta autem omnia, quæ adhibentur, ſint temperata, ſive ſint calida, ſive frigida.

11. Si intemperies ventriculi calida tanta eſt, ut calefaciat cor, medicamentis miſcebis medicamenta febrium.

12. Intemperies enim ventriculi non ſubitò, ſed ſucceſſivè tollenda, ideoque in frigidâ intemperie calida ordinãda, ne exiccando humiditatem nimiam & privativam frigiditatem inducant.

13. In intemperie ventriculi cum materiâ, curatio à materiæ evacuatione incipienda, alterantia enim abſque materiæ evacuatione parum proficiunt, proſunt ergò in intemperie cum pituitâ vomitoria, ſed non fortia, vel ea medicamenta & quidem lenientia, quæ per ſeceſſum educunt materiam peccantem.

14. Si materia craſſa, viſcoſa & quaſi impacta, vel tenaciter ventriculo adhæret, priùs idoneis medicamentis præparanda.

15. Intemperies ventriculi cum bile curatur refrigerantibus & humectantibus

tibus

tibus ac bilem evacuantibus.

16. Si humor aliquis,ſive ſit bilioſus, pituitoſus, vel alius, è capite, vel aliũde affluat, evacuandus & cavendum, ne pars mandans materiam novam, vel humorem ſuggerat, quod fit,quando vitioſa diſpoſitio partis mandantis debito modo tollitur.

17. In nudâ intemperie ventriculi hiera picra ipſi venenum eſt: in affectu verò materiali medicamentum ſalutare.

18. In inflammatione ventriculi fortia purgantia fugienda,ne novæ fluxioni occaſio detur. Ubi autem humor jam affluxit, clyſteres & alia lenientia præſcribenda, quibus corroborantia etiam poſſunt admiſceri.

19. Inflammationem ventriculi ſequitur dolor, dolorem interdum ſuppuratio,ſuppurationem abſceſſus. Ideoque in principio, ubi plethora & ſangvinis affluxus,præmiſſo enemate vena ſecanda. Deinde ea, quæ affluxum impediunt præſcribenda, dolor enim attrahit, ubi autem humor affluxit,reſolventia proſunt, tutius enim eſt

morbos ventriculi curare per viam reſolutionis, quàm per viam ſuppurationis, inquit Valeſcus.

20. Quando autem inflammationis ſuppuratio prohiberi nequit, eam Medicus maturantibus adjuvare debet, ſovendo calorem ventriculi naturalem.

21. Abſceſſu rupto, materia purulenta medicamentis lenientibus per ſeceſſum expurganda, ulcus abſtergendum & conſolidandum, ante perfectam enim puris mundificationem, ſarcotica & conſolidantia parum aut nihil juvant. Verùm abſtergentia & conſolidantia ejusmodi medicamenta cum cibo & potu miscenda. Vide Sennertum & Valeſcum.

22. In malignis ulceribus Ventriculi & Meſenterij prædictis Medicamentis alexipharmaca quoque admiſcenda, ut ſunt lignum Gvajacum, ſarſa parilla, China &c.

23. Anorexiæ curatio pro cauſſarum varietate inſtituenda.

24. Humores vitioſi abundantes vomitu & per alvum educendi, deinde abſter-

abſtergentia & confortantia præſcribenda.

25. Ubi cruditates anorexiæ cauſſam præbent, inedia, exercitium, frictiones conveniunt.

26. In ventriculi imbecillitate & obſtructionibus viſcerum & venarum proſunt decocta ex digerentibus, aperientibus, incidentibus, & evacuantibus parata, obſtructionibus reſeratis & humoribus peccantibus evacuatis ventriculus tàm externis, quàm internis roborandus.

27. In caninâ appetentiâ, materia vitioſa, præmiſsâ præparatione, quæ in ventriculo continetur, vomitu, vel alio medicamento evacuanda. Deinde pingvia alimenta danda, verùm in horum uſu cavendum, ne is ſit nimius. Cibus ſit concoctu facilis, è contrà ab acribus & aſtringentibus abſtinendum, potus ſit vinum potens &c.

28. Bulimus & Canina appetentia cauſis quidem differunt, in curatione autem ferè conveniunt. In paroxyſmo proſunt frictiones, panis vino madidus,

aq. Car-

aq. Carſunculi, Langij & alia confortantia. Extra paroxyſmum exhibendus eſt cibus concoctu facilis, qui citò & benè nutrit, vinum bonum & defæcatum.&c.

29. In inflammatione ventriculi exhibenda flatus diſcutientia, ſi materia, ex quâ flatus generantur, copioſa ſit, vomitu, vel alvi dejectione expurgãda.

30. Si craſſa, viſcoſa, præparetur digeſtivis medicamentis, ut notum; deinde evacuetur, & ventriculus internis & externis medicamentis corroboretur.

31. Flatus, qui in ventriculo continentur, citiùs medicamentis diſcutiuntur, quàm qui in omento, peritonæo, vel utero ſunt.

32. In Picâ ſive malaciâ ventriculus vomitu alijsq; medicamentis purgantibus præmiſsâ præparatione mundificandus, deinde confortandus.

33. Sitis nimia eſt à calore nimio, qui ſubſtantiam ventriculi exiccat, quem humectantia & refrigerantia curant. Novi non inferioris cõditionis virum, quem honoris ergò nominare nolo, qui per multos annos immodicâ ſiti, ple-

plerumque poſt ebrietatem, ita correptus fuit, ut ſæpè ſpatio trium vel quatuor ſeptimanarum ab hac non fuerit liberatus. Multi hoc ſymptoma faſcinationi aſcripsêre, ego mihi perſvadeo, cauſam veram nullam aliam fuiſſe, quàm ventriculi, ob craſſam ejus ſubſtantiam, membranoſam & nervoſam, inflammationē à vino copioſo ingurgitato, quam non parum adjuvit pituita ſalsa, quæ parietibus ventriculi adhæſit, ſitis enim hæc aquæ potu, niſi aliquid vini illi admiſtum, mederi non potuit.

34. Sitientes poſt aliquam evacuationem potū immodicè non ingurgitant, viſcera enim nutritionis debilitantur.

35. Modicè ſitienti obdormiſcere, bonum eſt. Sitim ex multâ vini potatione ſomnus ſedat, ab uſu ſalſorum &c. potio frigida.

36. Sitis interdum vomitu ſedatur.

37. Sitim, quæ oris ſiccitatem ſequitur, ſedant quies & taciturnitas.

38. Sitis, ſequens venarum obſtructionem, aperientibus medicamentis compeſcenda.

39. O-

39. Omnia medicamenta, quæ in affectibus ventriculi præſcribuntur, ori grata ſint, quantum fieri poteſt.

40. Ideoque cibi medicamentoſi exhibendi, absque enim nauſeâ ſumuntur & diutiùs etiam retinentur.

41. Facilè ructantes fugiant repletionem, omnia flatulenta, frigus externum, maximè in pedibus.

42. Cibus in ventriculo fluitare non debet, quia non benè coquitur.

43 Ventriculus debilis pauco indiget, quia multus calorem ventriculi non ſolum debilitat, verùm etiam extingvit.

44. Qui ventriculum debilem habet, omnem cibum, qui ventriculo ingratus eſt, fugere debet, quia nauſeam, cruditates, inflationem, ructus &c. generat.

45. Alimenta etiam non conſveta fugienda, conſveta enim licet deteriora, inſvetis meliora.

46. Nihil deterius eſt, quàm in unâ menſâ variis cibis veſci, varietas enim ciborum eſt mater cruditatum.

47. Varietas condimentorum & ſalſamentorum vitanda, ne ventriculus plus appetat, quàm poſſit concoquere.

48. Lac

48. Lac & piſces non ſumantur in eadem mensâ cum acetoſis, quia ſeſe corrumpunt.
49. Lac & vinum non in eadem mensâ, inprimis ubi ventriculus debilis ſimul ſumãtur, quia lactis fit coagulatio.
50. Otioſi, vel qui ſedentariam vitam agunt multisq; carnibus & vino utũtur, ſæpè ſunt purgandi. (junandũ eſt.
51. Otioſis in ſeptimanâ ſemel vel bis je-

DE VOMITU

IV. Aphor. 4.

Φαρμακδύειν θέρε© μὲν μᾶλλον τὰς ἄνω, χειμῶν© δὲ, τὰς κάτω.

Purgare oportet æſtate quidem magis ſuperiores, hyeme verò inferiores.

[Quia æſtivo tempore humores ſunt tenuiores & ad ſuperiora vergunt; hyberno verò tempore craſſiores & inferiora petunt. Ergo Medicus humoris motum ſequi debet. Vel, humor qui in ventriculo continetur per ſuperiora; ſi in toto corpore, per inferiora purgandus. Gal. in com. Hipp. l. de rat. vict. priv. Gal. in li. de ſal. diæt. 1. aph. 21. Gal. 1. de nat. hum. 8. de decr. Hipp. & Plat. 2. aph. com. 22. 1. aph. com. 22.]

IV. A-

IV. Aphor. 6.

Τοὺς ἰσχνοὺς καὶ εὐημέας ἄνω φαρμακεύειν, ὑποστελλομένους χειμῶνα.

Graciles & ad vomendum faciles per ſuperiora purgare convenit, cavendo hyemem.

[Quia graciles, id eſt, habitu & temperamento tales, plerumque ſunt biliosi & ad vomendum, inprimis æſtivo tempore, faciles. Hyeme verò non ſolum biliosi, verùm etiam omnes vomitoria non benè ferre poſſunt, quia humores ſunt craſſi, vel melancholici, nec facilè per ſuperiora expelluntur. Gal. in com. 2. aph. com. 35. & 44. 2. de temper. 4. aph. com. 6.]

IV. Aphor. 7.

Τοὺς δὲ δυσημέας καὶ μέσως εὐσάρκους κάτω, ὑποστελλομένους θέρος.

AEgrè vomentes & mediocriter carnoſi per inferiora purgare convenit, cavendo æſtatem.

[Quia ob carnoſitatem & obeſitatem magnâ violentiâ vomunt & facilè vena rumpitur. In ſummâ, carnoſi & facilè vomentes ad ſuperas & inferas pur-

purgationes ſunt apti. Commodiùs tamen ad vomitum in æſtate; in hyeme verò ad purgationes; in autumno & verno tempore utraque purgatio locum habet. Gal.in com.2. de temper. 1.aph.com.2.] 2. Aph.44.

IV. Aphor. 12.

Ὁκόσοισι κοιλίαι λειεντεριώδεες, χειμῶνος φαρμακεύειν ἄνω, κακόν.

Quorum alvi lævitate inteſtinorum infeſtantur, hos hyberno tempore per ſuperiora purgare, malum.

[Quia ventriculus in lienteriâ, quæ à nimiâ humiditate ventriculi (eſt enim Lienteria affectus ventriculi) aliàs debilis, vomitorijs non vexandus, humorem fluentem ad ſuperiores partes revocando: magis enim debilitaretur ventriculus; imprimis hyberno tempore, ubi per inferiora purgandus humor & non per vomitum. Verùm multi ſunt, qui etiam humores, qui in inteſtinis hærent ibique compacti per vomitum evacuare audent, quâ cum utilitate & allevatione id fiat & factum, experiuntur & experti ſunt multi; ſed

ſciendum eſt humores fluxiles, ubi ventriculus robuſtus ſæpè in morbis melancholicis & alijs, è primis viis vomitu rejectos fuiſſe, qui purgantibus medicamentis nullo modo evacuari potuerunt. Hipp. lib. de nat. humor. Gal. 2.
3. De progn. c. 11. lib. de off. med. com. 1. 4.
cauſ. aph. 4. 3. aph. com. 22. 6. de loc. aff. 2. 3.
ſympt. aph. com. 3. 4. aph. com. 2. 7. aph. com. 37.]

IV. Aphor. 13.

Πρὸς τὸν ἐλλεβόρους τοῖσι μὴ ῥαδίως ἄνω καθαιρομένοισι πρὸ τῆς πόσιος ὑγραίνειν τὰ σώματα πλείονι τροφῇ καὶ ἀναπαύσει.

Qui ad veratri ſumptionem non facilè ſurſum purgantur, horum corpora ante potionem prahumectanda ſunt uberiore cibo & quiete.

[Humores enim citiùs per partes relaxatas & humectatas fluunt. Ergo ante ſumptionem vehementium purgantium medicamentorum, cibo & quiete humectare & relaxare debemus: Et hoc fieri debet, ubi ventriculus nimis ſiccus. Elleborus enim eſt medicamentum ſiccans, & malignum, quod facilè convulſionem ſuâ malignitate

rate inducere poteſt, ut ſupra etiam dictum. Gal. in com. 1. aph. com. 24.23. 21.2. aph. com. 9.5. aph. com. 16. de fac. ſimpl. med. c. de Elleboro 1. aphor. com. 22.3. aph. com. 22. 6. Epid. 5. com. 29.] 6. Aphor. 31. *Lib. 1. de rat. vict. cap. 43.*

IV. Aphor. 17.

Ἀπυρέτῳ ἐόντι ἀποσιτίη, καὶ καρδιωγμὸς, καὶ σκοτόδινος, καὶ στόμα ἐκπικρούμενον, ἄνω φαρμακείης δεῖσθαι σημαίνει.

Non febricitanti cibi faſtidium, morſus oris ventriculi, vertigo tenebricoſa, osque amareſcens, purgatione per ſuperiora opus eſſe ſignificant.

[Quia indicium eſt, multos acres & bilioſos humores in ventriculo & viſceribus circumjacentibus confluxiſſe, qui per vomitum evacuari debent, natura enim quò vergit, eò ducere convenit. Gal. in com. 1. aph. 21. Gal. 6. aphor. com. 50. 4. aphor. com. 17. 65. 5. de loc. affect. c. 5. 1. de cauſ. ſympt. cap. 7. Hipp. 2. de decret. Hipp. & Plat. 8. de compoſ. med. ſ. loc. c. 1. 3. aphor. com. 31. 2. de loc. affect. c. 8. 3. progn. 30.]

IV. Aphor. 18.

Τὰ ὑπὲρ τῶν φρενῶν ὀδυνήματα, ὁκόσα καθάρσεως δέονται, ἄνω φαρμακείης σημαίνει δεῖσθαι. ὁκόσα ἢ κάτω, κάτω.

Dolores ſupra ſeptum transverſum, qui purgatione egent, per ſuperiora purgandum eſſe ſignificant: qui verò infra diaphragma ſunt, per inferiora.

[Quia ſecundum peccantium humorum motiones evacuationes inſtituendæ: Ideoque quando humores ſuperiores ſentiuntur, exceptis pulmonum morbis, vomitoria; quando verò inferiùs, medicamenta purgantia ſunt præſcribenda. Gal. in com. 6. aph. com. 18. 5. de uſu part. c. 15. 2. de motu muſc. 5. de loc. affect. c. 3. 4. aph. com. 18. 2. de rat. vict. acut. com. 1.]

IV. Aph. 22.

Νοσημάτων ὁκόσων ἀρχομένων, ἢν χολὴ μέλαινα ἢ ἄνω, ἢ κάτω ἐπέλθῃ, θανάσιμον.

Morbis quibusvis incipientibus, ſi bilis atra ſuprà, vel infrà exierit, lethale.

[Quia hoc non fit lege, vel vi naturæ, ſed violentiâ morbi, ſymptomatis & materiæ malignitate & multitudine: In principio enim omnia ſunt cru-

da

da, nulla facta ſecretio vel concoctio, neq; etiam tam citò fieri poteſt, quando autem ejusmodi humor, quamvis pernicioſus, notis coctionis debito tempore apparentibus, excerneretur, bonum eſſet. Gal. in com. 5. aph. 67. 2. aphor. com. 17. Gal. libr. de humor. crudit. 3. de ſympt. cauſ. c. 5. Hipp. 1. de morb. vulg. l. 1. d. morb. popul. c. 2. 1. aph. com. 12. 2. aph. com. 29. 1. aph. 22. 4. Aphor. com. 1. & 10. 12.]

V. Aph. 32.

Γυναικὶ αἷμα ἐμεούσῃ, τῶν καταμηνίων ῥαγέντων, λύσις γίνεται.

Mulieri ſangvinem evomenti, ſi menſtrua eruperint, ſolutio fit.

[Quia vena, per quam menſtruus ſangvis expurgatur, iterum aperta eſt, atque ſic ſangvinis motus ad ſuperiora, jam converſus eſt ad inferiora. Gal. in com. Celſ. lib. 2. c. 8. Gal. 5. de loc. affect. c. 5. 6. aph. com. 36.]

VI. Aph. 15.

Ὑπὸ διαῤῥοίης ἐχομένῳ μακρῆς, ἀπὸ ταυτομάτου ἐμετὸς ἐπιγενόμενος, λύει τὴν διαῤῥοίην.

A diarrhœa longâ detento ſpontaneus

 vomi-

vomitus ſuperveniens ſolvit diarrhœam.

[Quia natura humorem phlegmaticum, qui lubricitatis & incontinentiæ fuit cauſa, evictum & ſuperatum revellendo ad partem contrariam rejicit & per vomitum criticè evacuat. Galen. in com. lib. de cur. rat. per ſangv. miſs. It lib. de modis ſangv. trah. cap. de revulſ. Hipp. lib. de morb. l.2. de diæta in coacis.]

Vide aph.	ſectionis	ſub titulo de
2	1	Affect. ventric.
21	3	tertianâ.
24	3	affect. aurium.
8	4	phthiſi.
25	4	ſputo ſangvinis.
50	6	rel. febr. ſympt.
3	7	affect. oculorũ.
8	7	aff. cordis.
10	7	deſipientiâ.
38	7	rel. febr. ſympt.
74	7	phthiſi.

APHORISMI PRACTICI.

1. Vomitus, quem ſequitur allevatio, id eſt, ubi ſuperflua, & quidem criticè evacuantur, non compeſcendus, niſi invehat prava ſymptomata.

2. Vo-

2. Vomitus ſæpè vomitu eſt curandus.

3. Si natura vomitu materiam peccantem evacuare tentet, eam adjuvare debemus.

4. Vomitus nocet his, qui habent cerebrum debile, & oculos debiles, pectus anguſtum, ventrem macilentum, nec non iis, qui habent apoſtemata in viſceribus medij & infimi ventris.

5. Vomitus à cibo & quidem ſpatio unius horæ eſt facilior & minus laborioſus.

6. Vomitus immodicus aromatibus & alijs medicamentis calidis curatur, verùm cautè agendum.

7. In prægnantibus vomitus, inprimis in principio, non ſunt, niſi malum excedat, reprimendi.

8. Intemperies aliqua, ſive ſit calida, ſive frigida, ventriculi vomitum cauſans, per contraria corrigenda.

9. Humores, qui interdum magnâ copiâ per vomitum reijciuntur, refluunt ad ventriculum à toto corpore, per easdem venas, per quas nutrimentum trahitur ab ipſo ventriculo &

vomitus ſuperveniens ſolvit diarrhœam.

[Quia natura humorem phlegmaticum, qui lubricitatis & incontinentiæ fuit cauſa, evictum & ſuperatum revellendo ad partem contrariam rejicit & per vomitum criticè evacuat. Galen. in com. lib. de cur. rat. per ſangv. miſs. It lib. de modis ſangv. trah. cap. de revulſ. Hipp. lib. de morb. l.2. de diæta in coacis.]

Vide aph. … ſectionis … ſub titulo de

Vide aph.	ſectionis	ſub titulo de
2	1	Affect. ventric.
21	3	tertianâ.
24	3	affect. aurium.
8	4	phthiſi.
25	4	ſputo ſangvinis.
50	6	rel. febr. ſympt.
3	7	affect. oculorũ.
8	7	aff. cordis.
10	7	deſipientiâ.
38	7	rel. febr. ſympt.
74	7	phthiſi.

APHORISMI
PRACTICI.

1. Vomitus, quem ſequitur allevatio, id eſt, ubi ſuperflua, & quidem criticè evacuantur, non compeſcendus, niſi invehat prava ſymptomata.

Digitized by Google

2. Vomitus ſæpè vomitu eſt curandus.

3. Si natura vomitu materiam peccantem evacuare tentet, eam adjuvare debemus.

4. Vomitus nocet his, qui habent cerebrum debile, & oculos debiles, pectus anguſtum, ventrem macilentum, nec non iis, qui habent apoſtemata in viſceribus medij & infimi ventris.

5. Vomitus à cibo & quidem ſpatio unius horæ eſt facilior & minus laborioſus.

6. Vomitus immodicus aromatibus & alijs medicamentis calidis curatur, verùm cautè agendum.

7. In prægnantibus vomitus, inprimis in principio, non ſunt, niſi malum excedat, reprimendi.

8. Intemperies aliqua, ſive ſit calida, ſive frigida, ventriculi vomitum cauſans, per contraria corrigenda.

9. Humores, qui interdum magnâ copiâ per vomitum reijciuntur, refluunt ad ventriculum à toto corpore, per easdem venas, per quas nutrimentum trahitur ab ipſo ventriculo &

epate, ut ſupra dictum. Hinc ad præſervationem & curationem podagræ, calculi, febrium, aliorumq; morborum, utilis eſt.

10. Ligaturæ crurum, vel pedum, eorum calefactio, vel lotio pedum curant vomitum & nauſeam. Calefactio enim extremitatum ſæpè in his affectibus prodeſt, in quem finem exhiberi poſſunt ſeq. Conſer. roſ. vitriol. ſy. corall. diacydonit. cruſta panis toſta vino Malvatico, vel aq. ſtomachalibus madefacta & pulvere moſch. Garyophyll. Galang. Cinamo. macis aſperſa & ventriculo impoſita.

11. Cruentæ vomitionis curatio ſemper à venæ ſectione auſpicanda.

12. Sangvis crumoſus in ventriculo ℨj. coaguli leporis, vel ocul. cancr. pręp. & alijs diſſolvendus, & per vomitum evacuandus.

13. Venæ apertæ, vel ruptæ, medicamentis, quorum in *αἱμαπτύσεως* curâ mentio fit, conſolidandæ.

14. Nauſea & vomitus ſunt ſymptomata cognata, & nauſea ferè prænuntia eſt vomitus, ideoque differunt extenſio-

ſione & remiſſione, ex ijsdem enim cauſis oboriuntur.

15. Materia igitur peccans clyſteribus & ſuppoſitorijs acribus primò revellenda, deinde per ſeceſſum, præparatione præmiſsâ, ubi opus eſt, educenda; tertiò ventriculus internis & externis Medicamentis corroborandus.

16. Cholera eſt affectus, in quo adeſt vomitus & alvi fluor cum dolore ventriculi & infimi ventris anxietate. *Cholera.*

17. In principio primis diebus totum negotium naturæ committendum, imprimis quando talia, qualia oportet, evacuantur & æger benè ferat, ut Hipp. 1. aph. 2. ait, ne materia in ventriculo vitioſa retineatur & majoribus ſymptomatibus cauſam præbeat. Ideoque quò citiùs materia prædicta excernitur, eò citiùs patiens ab hoc malo liberatur.

18. Si à naturâ vitioſus humor ventriculum vellicans evacuari non poſſit, eam vomitu alijsq; medicamentis adjuvare debemus: Verùm cautè agendum. Nam ſi evacuatio major ſit, quàm naturæ conatus, purgantibus adſtrin-

gentia admiſcenda & corroborantia. Danda ergò lenientia, item Clyſteres abſtergentes.

19. Quando autem materia, quæ per vomitum & ſeceſſum evacuatur, maligna eſt, medicamentis alexipharmaca admiſcenda.

20. Si verò evacuatio usque ad virium ſummam dejectionem perduret, vomitus compeſcendus, fluxio ſiſtenda, medicamenta aſtringentia & corroborantia iteranda, ligaturæ & frictiones, ut natura ab opere expellēdi avocetur, aliaque ordinanda.

21. Cholera autem ſicca rectè curatur, quando flatus educuntur, discutiuntur & materia, ex quâ generantur, medicamentis appropriatis evacuatur, ſive ſit in vētriculo, vel inteſtinis, quod fieri poteſt clyſteribus purgantibus lenientibus, his ita præmiſſis, prædicta viſcera, aliaque circumjacentia corroboranda.

DE SINGULTU.

V. Aphor. 58.

Ἐπὶ ἀρχῷ φλαιγμαίνοντι, καὶ ἐπὶ ὑστέρῃ φλεγμαινούσῃ, ϗ ἐπὶ νεφροῖσι ἐμπύοισι στραγ-

γου-

γουρίη ἐπιγίνεται. ἐπὶ δὲ ἥπατι φλεγμαίνοντι λὺγξ ἐπιγίνεται.

Ad recti inteſtini & uteri inflammationem purulentosque renes, urinæ ſtillicidium ſupervenit: ad Epatis verò inflammationem, ſingultus ſuccedit.

[Primum fit ideo, quia viæ urinariæ ob inflammationem & tumorem obſtruuntur & coarctantur, & facultas retentrix diſſolvitur: in purulentis renibus verò pus ad veſicam delatum ſuâ acrimoniâ mordicat & facultatem expultricem ad excretionem irritat. Secundum fit ob conſenſum epatis cum ventriculo, nec non nervorum utriusq; partis communicationem: Sed hoc non fit, niſi in ſummâ epatis inflammatione. Gal. in com. 7. aph. com. 49. Plinius l. 9. de natur. hiſtor. c. 14. 3. aphor. com. 16. 2. progn. 60. 7. aph. com. 17. 6. aph. com. 39. 2. aph. com. 22. Hipp. de nat. mul. de nat. pueri.] Gal. li. de vulvæ ſectione.

VII. Aphor. 17.

Ἐπὶ φλεγμονῇ τοῦ ἥπατος λὺγξ, κακόν.

A jecoris inflammatione ſingultus, malum.

[Hoc

[Hoc in ſingultu continuo fit ob maximam epatis inflammationem(ut dictum)epar attollentem, nec non humorem acrem,multum,in epate genitum,ad inteſtinum duodenum,ab hoc ad ventriculum recurrentem, ibiq; os ipſius mordentem & lædentē, & concoctricem facultatem corrumpentem. Unde ſingultus. Gal. in com.6.aphor. com.39. 7.aph.com. 3. l.2. de temper. 5.aphor. com. 58.7. aph.17. Celſ.lib.2. cap.7.]

VII. Aphor. 41.

Ἢν ὑπερκαθαιρομένων πρεσβυτέρων λὺγξ ἐπιγένηται, οὐκ ἀγαθόν.

Si ſenibus ſupra modum purgatis ſingultus ſuperveniat, non bonum.

[Hoc partim virium imbecillitati, partim humoris, aut medicamenti malignitati adſcribendum. E. non bonum,& non malum,quia ſenes naturali temperaturâ ſicci ſunt. Gal. in com. 3 de ſympt. cauſ. c. 1. 4. de rat. vict. in morb. acut. 6. aph. com. 19. 7. aph. com. 42. 2. aph. 34.] 5. Aph. 4.

Vide

Vide aph.		ſ.		ſub t. de	
	3		5		Convulſion.
	4		5		Convulſ.
	13		6		Sternutat.
	39		6		Convulſ.
	3		7		aff. oculorũ.
	10		7		deſipientiâ.

APHORISMI PRACTICI.

1. Curatio pro cauſarum diverſitate dirigenda eſt.

2. Avicennas proponit ſequentes modos curandi ſingultum. 1. Singultum ſæpè curat vomitus, ubi ventriculus repletus. 2. Terror. 3. Provocatio ad iram ſingultientis. 4. Timor repentinus. 5. Gaudium inopinatum. 6. Repentina triſtitia. 7. Subita aſperſio aquæ in faciem. 8. Sternutatio. 9. Anhelitus cohibitio. 10. Ligatura extremitatum dolorifica. 11. Cucurbitularum ſuper ventriculum absq; ſcarificatione applicatio.

3. Quando ſingultus alium ſequitur morbum, hic tanquam cauſa priùs curandus: Medicamenta tàm interna, quàm externa ventriculum calefacientia præſcribenda, Gal. lib. 8. cont. med. loc. c. 3.

4. Si

4. Si à repletione ventriculi, provocetur vomitus.

5. Si à materiâ viſcosâ, craſsâ, frigidâ, potiones exhibeantur digerentes & purgantes.

6. Si à malignitate alimenti, vel medicamenti, prodeſt oleum amygd. d. Butyr. non ſalitum Theriac. Mithrid.

7. Si ſingultus propter vulnus capitis fiat, malum eſt: vulnus itaque cum ratione medicamentis appropriatis tractandum.

8. Si fiat cum ructu, arguit flatum, ergo diſcutiendus.

9. Si pueri lactantes infeſtantur ſingultu ob malam coctionem, vel ob lactis coagulationem in ventriculo, vel ob frigus externum, ſicuti quotidie fieri experimur, ventriculus inungendus calidis oleis, ut oleo de abſinth. de anetho, menthâ, caſtoreo, &c. Mater etiam quæ prolem lactare ſolet, utatur tenui diætâ.

Der Sod. 10. In ardore ventriculi conveniunt ea, quæ ardorem ſedant, ut ſunt ſeq. Rotulæ.

℞. Pul.

℞. Pul.piſo. ʒj.
Cretæ ʒj.
CC.p.p. cum ocul.canc. pp.ʒſ.
ſacch. q.ſ.diſſolv.in aq.Roſar.
f. Confectio in Rotulis.

II. Deinde cauſa huj⁹ affect⁹ tollatur: ut

℞. Herb. Absint. Mij
Fumar.
Cardui Bened.
Veronicæ.
Agrimoniæ ã Mj.
Capilli Veneris.
Flor. Acatiæ.
Borraginis ã Mß.
Epithymi ʒj.
Poſſul. Laxativ. ℥j.
Fol. Senæ ℥j.
Sem. Aniſi.
Zedoariæ ã ʒj.
Cortic. Aurantior. ℥ſ.

Da inciſa in ſacculo: In 3. ſeidel Wein 2c.

DE PROFLUVIIS ALVI LEIENTERIA, DIARRHOEA, DYSENTERIA & Teneſmo.

II. Aphor. 14.

Ἐν τῇσι τῆς κοιλίας ῥύσεσιν, αἱ μεταβολαὶ τῶν διαχωρημάτων ὠφελέουσιν, ἢν μὴ ἐπὶ πονηρὰ μεταβάλλῃ. *In pro-*

In profluviis alvi mutationes excrementorum juvant, niſi in prava commutentur.

[Dejectiones in morbis acutis ſponte factæ, verſicolores per criſin & quidem abſque virium dejectione, nō pingues, non ramentoſæ, excretæ, bonæ: morbum enim perfectè ſolvunt: Sin minùs, & quidem mali coloris, contrà malæ, niſi à medicamento aſſumpto tales exiſtant. Idem judicium de urinis. Gal. in com. Hipp. 2. progn. 21. 22. 23. 4. aph. 21. 2. Epid. 3. ſect. Gal. 2. aphor. com. 13. 14. 7. aph. com. 21. 3. de facult. natur. Hipp. 1. progn. 11. Celſ. l. 2. c. 6.]

IV. Aph. 24.

Δυσεντερίη, ἢν ἀπὸ χολῆς μελαίνης ἄρξηται, θανάσιμον.

Difficultas inteſtinorum, ſi ab atrâ bile inceperit, lethale eſt.

[Si cancer externꝰ, cujus cauſa atrâbilis exquiſita; & ubi medicamenta etiā facilè applicari poſſunt, difficulter vel nunquam curatur: Multò minùs dyſenteria atrabiliaris, quæ inſtar cancri eſt, curabitur: nihil etiam ſibi, quod adhæ-

adhæreat, imponi patitur, ergo lethalis. Sed dicis: Cur Aëtius lib. 9. c. 43. & Hipp. 6. aph. 48. ajunt: Lienoſis dyſenteria ſuperveniens bonum? ℞. Hi autem loquuntur de humore Melancholico, vel ſeorſim, vel alijs mixto evacuato, & non de atrâ bile exqviſitâ. Gal. in com. 1. aph. com. 21. 5. de uſu part. 10. 7. aph. 72. 6. aph. com. 3.]

IV. Aphor. 26.

Ἢν ὑπὸ δυσεντερίης ἐχομένῳ ὁκόιαι ἂν σάρκες ὑποχωρήσωσι, θανάσιμον.

Si laboranti inteſtinorum difficultate veluti carnes exierint, lethale eſt.

[Quia pars ſolida membranoſa non regeneratur, neque etiam inteſtina ob calorem & ſangvinem paucū, acrium excrementorum perpetuum tranſitū, cicatrice obduci poſſunt. Gal. in com. *5. Aph.*
6. aph. com. 1. 1. de loc. aff. in lib. de a- *16.*
trâ bile. 4. aph. com. 26.]

V. Aphor. 34.

Γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ ἢν ἡ κοιλία πολλὰ ῥυῇ, κίνδυνος ἐκτρῶσαι.

Mulieri uterum gerenti, ſi alvus

multùm fluat, periculum eſt, ne abortiat.

[Quia profluvio alvi, ſive copioſâ evacuatione, humores non ſolùm commoventur praviſque humores ad uterum, fœtum offendentes derivantur: ſed etiam fœtui vel infanti bonum alimentum detrahitur, ſpiritúſque vitales reſolvuntur, cotyledones rumpuntur, & ſic abortus ſequitur. Galen. in com.5. aph. com. 56. 7. aph. com. 5. 2. aphor. com. 36. & 37. Celſ. lib. 2. c. 9.]

VI. Aphor. 14.

Ὑπὸ ὕδρωπος ἐχομένῳ τοῦ κατὰ τὰς φλέβας εἰς τὴν κοιλίην ὕδατος ῥυέντος, λύσις.

Ab hydrope detento, ſi aqua in ventrem defluxerit, ſolutio fit hydropis.

[Si aqua in venis, vel epate, ad ventrem, id eſt ad inteſtina defluxerit, ut in Anaſarcâ, fit ſolutio morbi, ſublatâ enim cauſa tollitur morbus. Verùm in Aſcitâ & Tympaniâ, vel Tympanitide non fit. Galen. in com. 4. aphor. com. 11. lib. de tum. cap. 20. 6. aphor. com. 14. 7. aphor. com. 56. 1. de Criſib. c. 11. 2. progn. c. 13. 1. de nat. facult. c. 13. 7. aph. 55.]

VI. Aphor. 43.

Ὁκόσοι σπληνώδεες ὑπὸ δυσεντερίης ἁλίσκονται, τουτέοισιν ἐπιγινομένης μακρῆς δυσεντερίης, ἢ ὕδρωψ ἐπιγίνεται, ἢ λειεντερίη, καὶ ἀπόλλυνται.

Lienoſis, qui à dyſenteriâ corripiuntur, ſi longa dyſenteria ea fiat, aut hydrops, aut lienteria ſupervenit, & moriuntur.

[Lienoſis ſæpè prodeſt dyſenteria, quando nimirum humor melancholicus, qui variorum morborum cauſa, hoc modo expurgatur, ut ſuprà dictũ: Ubi verò talis evacuatio aut dyſenteria ultra modum extenditur, omnia viſcera tàm primæ, quàm ſecundæ coctionis læduntur, & ſic prædicti morbi fiunt & moriuntur.

VI. Aphor. 48.

Τοῖσι σπληνώδεσι δυσεντερίη ἐπιγινομένη, ἀγαθόν.

Lienoſis ſuperveniens dyſenteria, bono eſt.

[Quia per dyſenteriam craſſi & melancholici humores lienem obſidentes evacuantur. Gal. in com. Hipp. 4. aph. 24. 6. aph. 43.]

VII. Aphor. 23.

Ἐπὶ ἀκρήτῳ ὑποχωρήσει δυσεντερίη, κακόν.

A ſincerâ dejectione dyſenteria, malum.

[Quia ſeroſæ humiditates acres, ſive ſint bilioſæ, ſive atrabiliariæ, non caſtigatæ & temperatæ per inteſtina transeuntes morſu ſuo exulcerant, unde dyſenteria & periculoſiſſima ſymptomata; nec non etiam mors. Gal. in com. 7. aph. com. 6. & 23. 1. præd. com. 26.]

VII. Aphor. 27.

Γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ τεινεσμὸς ἐπιγενόμενος ἐκτρῶσαι ποιέει.

Teneſmus mulieri gravidæ ſuperveniens eam abortire facit.

[Quia teneſmus eſt vehemens & dolorifica egerendi cupiditas, cum forti conatu, hinc fit ani compreſſio & motus in interioribus partibus, præcipuè in utero, propter quem cotyledones abrumpuntur, imprimis ubi fœtus grandior, & facultas uteri expultrix irritatur, & ſic fit fœtus excluſio, ſive abortus. Gal. in com. lib. de plant. 3. Epid. com. 3.]

VII. A.

VII. Aph. 29.

Ἢν ὑπὸ λευκοῦ φλέγματος ἐχομένῳ διαῤῥοία ἰσχυρὴ ἐπιγένηται, λύει τὴν νοῦσον.

Si leucaphlegmatiâ detento fortis diarrhœa ſupervenerit ſolvit morbum.

[Solvit morbum, dummodò diarrhœa non accidat ab imbecillitate retentricis facultatis: Materia enim Phlegmatica, ſive pituita alba & multo ſangvini permiſta, quæ cauſa morbi, per ſeceſſum evacuatur ſive expellitur. Galen. in com. Hipp. in Coac. lib. περὶ παθῶν. 7. aphor. 71. lib. de tum. p.n. 5. de loc. aff. 6. 7. aph. 9. 2. aph. com. 22.]

VII. Aphor. 75.

Ἐπὶ διαῤῥοίῃ δυσεντερίη.

A Diarrhœâ dyſenteria.

[Quando nimirum humor acris inteſtinis diu adhæret. Gal. in com. 1. aph. 32.]

VII. Aph. 76.

Ἐπὶ δυσεντερίῃ λειεντερίη ἐπιγίνεται.

A dyſenteriâ lienteria.

[Vide Aph. 43. ſ. 6. ſub eodem tit. Ex ulceratis n. inteſtinis, tandem ventriculus per cōſenſum debilitatur, debilitato ventriculo, cibus non concoquitur, & lienteria ſequitur, quia eſt affectus ventriculi.]

	2		1		aff.ventr.
	11		3		febr. acutâ.
	12		3		aff.ocul.
	16		3		febr.long.
	17		3		dol.capitis.
	21		3		tertianâ.
	22		3		quartanâ.
	25		3		convulſ.
	30		3		Lethargo.
	31		3		Apoplexiâ.
	12		4		Vomitu.
	21		4		re.f.ſympt.
	22		4		Vomitu.
	23		4		febr. acutâ.
Vide	28	ſectionis	4	ſub t.	aff.aurium.
aph.	60		4	de	re. f.ſympt.
	12		5		phthiſi.
	14		5		phthiſi.
	65		5		febr.longis.
	66		5		Convulſ.
	1		6		aff. ventric.
	3		6		victu febric.
	15		6		Vomitu.
	16		6		Plevritide.
	17		6		aff. oculorũ
	32		6		af. or. & lin.
	52		6		aff. oculorũ
	5		7		Melanchol.
	30		7		Catarrho.
	74		7		Phthiſi.

APHORISMI
PRACTICI.

1. In Lienteriâ, quando humoris pituitoſi copia ventriculi retentricem facultatem lædit, vomitu evacuanda, vel idoneis medicamentis præparanda & lenibus medicamentis expurganda.

2. Humore evacuato, ventriculus internis & externis medicamentis roborandus.

3. Quando autem lienteria eſt à læsâ expultrice facultate & cauſſa læſionis ſit humor acris, ulceroſam diſpoſitionem ventriculi cauſſans, vomitoria vitanda, econtrà prædictus humor, præmiſsâ præparatione, lenibus medicamentis evacuandus, ventriculus etiam externis & internis medicamentis confortandus.

4. Si lienteria fiat ab exulceratione ventriculi, cura idonea non negligenda, quia cum inveteratur, curam non recipit, ſicuti etiam ea, quæ dyſenteriam ſequitur, difficulter curatur. Eâdem methodo & medicamentis curari etiam poteſt cœliaca affectio.

4. Si à repletione ventriculi, provocetur vomitus.

5. Si à materiâ viſcosâ, craſsâ, frigidâ, potiones exhibeantur digerentes & purgantes.

6. Si à malignitate alimenti, vel medicamenti, prodeſt oleum amygd. d. Butyr. non ſalitum Theriac. Mithrid.

7. Si ſingultus propter vulnus capitis fiat, malum eſt: vulnus itaque cum ratione medicamentis appropriatis tractandum.

8. Si fiat cum ructu, arguit flatum, ergo diſcutiendus.

9. Si pueri lactantes infeſtantur ſingultu ob malam coctionem, vel ob lactis coagulationem in ventriculo, vel ob frigus externum, ſicuti quotidie fieri experimur, ventriculus inungendus calidis oleis, ut oleo de abſinth. de anetho, menthâ, caſtoreo, &c. Mater etiam quæ prolem lactare ſolet, utatur tenui diætâ.

Der Sod. 10. In ardore ventriculi conveniunt ea, quæ ardorem ſedant, ut ſunt ſeq. Rotulæ.

℞. Pul.

℞. Pul.piſo. ʒj.
Cretæ ʒj.
CC.p.p. cum ocul.canc. pp.ʒß.
ſacch. q.ſ.diſſolv.in aq.Roſar.
f. Confectio in Rotulis.

II. Deinde cauſa hujꝰ affectꝰ tollatur:ut

℞. Herb. Abſint. Mij
Fumar.
Cardui Bened.
Veronicæ.
Agrimoniæ ā Mj.
Capilli Veneris.
Flor. Acatiæ.
Borraginis ā Mß.
Epithymi ʒj.
Poſſul. Laxativ. ℥j.
Fol. Senæ ℥j.
Sem. Aniſi.
Zedoariæ ā ʒj.
Cortic. Aurantior. ℥ß.

Da inciſa in ſacculo: In 3. ſeidel Wein ꝛc.

DE PROFLUVIIS ALVI LEIENTERIA, DIARRHOEA, DYSENTERIA & Teneſmo.

II. Aphor. 14.

Ἐν τῇσι τῆς κοιλίας ῥύσεσιν, αἱ μεταβολαὶ τῶν διαχωρημάτων ὠφελέουσιν, ἢν μὴ ἐπὶ πονηρὰ μεταβάλλῃ.

In pro-

In profluviis alvi mutationes excrementorum juvant, niſi in prava commutentur.

[Dejectiones in morbis acutis ſponte factæ, verſicolores per criſin & quidem abſque virium dejectione, nõ pingues, non ramentoſæ, excretæ, bonæ: morbum enim perfectè ſolvunt: Sin minùs, & quidem mali coloris, contrà malæ, niſi à medicamento aſſumpto tales exiſtant. Idem judicium de urinis. Gal. in com. Hipp. 2. progn. 21. 22. 23. 4. aph. 21. 2. Epid. 3. ſect. Gal. 2. aphor. com. 13. 14. 7. aph. com. 21. 3. de facult. natur. Hipp. 1. progn. 11. Celſ. l. 2. c. 6.]

IV. Aph. 24.

Δυσεντερίη, ἢν ἀπὸ χολῆς μελαίνης ἄρξηται, θανάσιμον.

Difficultas inteſtinorum, ſi ab atrâ bile inceperit, lethale eſt.

[Si cancer externꝰ, cujus cauſa atrâbilis exquiſita; & ubi medicamenta etiã facilè applicari poſſunt, difficulter vel nunquam curatur: Multò minùs dyſenteria atrabiliaris, quæ inſtar cancri eſt, curabitur: nihil etiam ſibi, quod adhæ-

adhæreat, imponi patitur, ergo lethalis. Sed dicis: Cur Aëtius lib. 9. c. 43. & Hipp. 6. aph. 48. ajunt: Lienoſis dyſenteria ſuperveniens bonum? R̸. Hi autem loquuntur de humore Melancholico, vel ſeorſim, vel alijs mixto evacuato, & non de atrâ bile exqviſitâ. Gal. in com. 1. aph. com. 21. 5. de uſu part. 10. 7. aph. 72. 6. aph. com. 3.]

IV. Aphor. 26.

Ἢν ὑπὸ δυσεντερίης ἐχομένῳ ὁκοῖαι ἂν σάρκες ὑποχωρήσωσι, θανάσιμον.

Si laboranti inteſtinorum difficultate veluti carnes exierint, lethale eſt.

[Quia pars ſolida membranoſa non regeneratur, neque etiam inteſtina ob calorem & ſangvinem paucũ, acrium excrementorum perpetuum tranſitũ, cicatrice obduci poſſunt. Gal. in com. 6. aph. com. 1. 1. de loc. aff. in lib. de atrâ bile. 4. aph. com. 26.] *5. Aph. 16.*

V. Aphor. 34.

Γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ ἢν ἡ κοιλίη πολλὰ ῥυῇ, κίνδυνος ἐκτρῶσαι.

Mulieri uterum gerenti, ſi alvus

multùm fluat, periculum eſt, ne abortiat.

[Quia profluvio alvi, ſive copioſâ evacuatione, humores non ſolùm commoventur praviq́ue humores ad uterum, fœtum offendentes derivantur: ſed etiam fœtui vel infanti bonum alimentum detrahitur, ſpiritusq́ue vitales reſolvuntur, cotyledones rumpuntur, & ſic abortus ſequitur. Galen. in com. 5. aph. com. 56. 7. aph. com. 5. 2. aphor. com. 36. & 37. Celſ. lib. 2. c. 9.]

VI. Aphor. 14.

Ὑπὸ ὕδρωπος ἐχομένῳ τοῦ κατὰ τὰς φλέβας εἰς τὴν κοιλίην ὕδατος ῥυέντος, λύσις.

Ab hydrope detento, ſi aqua in ventrem defluxerit, ſolutio fit hydropis.

[Si aqua in venis, vel epate, ad ventrem, id eſt ad inteſtina defluxerit, ut in Anaſarcâ, fit ſolutio morbi, ſublatâ enim cauſa tollitur morbus. Verùm in Aſcitâ & Tympaniâ, vel Tympanitide non fit. Galen. in com. 4. aphor. com. 11. lib. de tum. cap. 20. 6. aphor. com. 14. 7. aphor. com. 56. 1. de Criſib. c. 11. 2. progn. c. 13. 1. de nat. facult. c. 13. 7. aph. 55.]

VI. Aphor. 43.

Ὁκόσοι σπληνώδεες ὑπὸ δυσεντερίης ἁλίσκονται, τουτέοισιν ἐπιγινομένης μακρῆς δυσεντερίης, ἢ ὕδρωψ ἐπιγίνεται, ἢ λειεντερίη, καὶ ἀπόλλυνται.

Lienoſis, qui à dyſenteriâ corripiuntur, ſi longa dyſenteria ea fiat, aut hydrops, aut lienteria ſupervenit, & moriuntur.

[Lienoſis ſæpè prodeſt dyſenteria, quando nimirum humor melancholicus, qui variorum morborum cauſa, hoc modo expurgatur, ut ſuprà dictū: Ubi verò talis evacuatio aut dyſenteria ultra modum extenditur, omnia viſcera tàm primæ, quàm ſecundæ coctionis læduntur, & ſic prædicti morbi fiunt & moriuntur.

VI. Aphor. 48.

Τοῖσι σπληνώδεσι δυσεντερίη ἐπιγινομένη, ἀγαθόν.

Lienoſis ſuperveniens dyſenteria, bono eſt.

[Quia per dyſenteriam craſſi & melancholici humores lienem obſidentes evacuantur. Gal. in com. Hipp. 4. aph. 24. 6. aph. 43.]

VII. Aphor. 23.

Ἐπὶ ἀκρήτῳ ὑποχωρήσει δυσεντερίη, κακόν.

Aſincerâ dejectione dyſenteria, malum.

[Quia ſeroſæ humiditates acres, ſive ſint bilioſæ, ſive atrabiliariæ, non caſtigatæ & temperatæ per inteſtina transeuntes morſu ſuo exulcerant, unde dyſenteria & periculoſiſſima ſymptomata, nec non etiam mors. Gal. in com. 7. aph. com. 6. & 23. 1. præd. com. 26.]

VII. Aphor. 27.

Γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ τεινεσμὸς ἐπιγενόμενος ἐκτρῶσαι ποιέει.

Teneſmus mulieri gravidæ ſuperveniens eam abortire facit.

[Quia teneſmus eſt vehemens & dolorifica egerendi cupiditas, cum forti conatu, hinc fit ani compreſſio & motus in interioribus partibus, præcipuè in utero, propter quem cotyledones abrumpuntur, imprimis ubi fœtus grandior, & facultas uteri expultrix irritatur, & ſic fit fœtus excluſio, ſive abortus. Gal. in com. lib. de plant. 3. Epid. com. 3.]

VII. A.

VII. Aph. 29.

Ἢν ὑπὸ λευκῆς φλέγματος ἐχομένῳ διαῤῥοίη ἰσχυρὴ ἐπιγένηται, λύει τὴν νοῦσον.

Si leucaphlegmatiâ detento fortis diarrhœa ſupervenerit ſolvit morbum.

[Solvit morbum, dummodò diarrhœa non accidat ab imbecillitate retentricis facultatis: Materia enim Phlegmatica, ſive pituita alba & multo ſangvini permiſta, quæ cauſa morbi, per ſeceſſum evacuatur ſive expellitur. Galen. in com. Hipp. in Coac. lib. περὶ πυθῶν. 7. aphor. 71. lib. de tum. p.n. 5. de loc. aff. 6. 7. aph. 9. 2. aph. com. 22.]

VII. Aphor. 75.

Ἐπὶ διαῤῥοίῃ δυσεντερίη.

A Diarrhœâ dyſenteria.

[Quando nimirum humor acris inteſtinis diu adhæret. Gal. in com. 1. aph. 32.]

VII. Aph. 76.

Ἐπὶ δυσεντερίῃ λειεντερίη ἐπιγίνεται.

Adyſenteriâ lienteria.

[Vide Aph. 43. ſ. 6. ſub eodem tit. Exulceratis n. inteſtinis, tandem ventriculus per cõſenſum debilitatur, debilitato ventriculo, cibus non concoquitur, & lienteria ſequitur, quia eſt affectus ventriculi.]

APHORISMI

PRACTICI.

1. In Lienteriâ, quando humoris pituitoſi copia ventriculi retentricem facultatem lædit, vomitu evacuanda, vel idoneis medicamentis præparanda & lenibus medicamentis expurganda.

2. Humore evacuato, ventriculus internis & externis medicamentis roborandus.

3. Quando autem lienteria eſt à læsâ expultrice facultate & cauſſa læſionis ſit humor acris, ulceroſam diſpoſitionem ventriculi cauſſans, vomitoria vitanda, econtrà prædictus humor, præmiſſâ præparatione, lenibus medicamentis evacuandus, ventriculus etiam externis & internis medicamentis confortandus.

4. Si lienteria fiat ab exulceratione ventriculi, cura idonea non negligenda, quia cum inveteratur, curam non recipit, ſicuti etiam ea, quæ dyſenteriam ſequitur, difficulter curatur. Eâdem methodo & medicamentis curari etiam poteſt cœliaca affectio.

5. In Diarrhœâ ea medicamenta conveniunt, quæ 1. Fluxum ſive cauſſam mali evacuant, & ſunt quæ ſimul aſtringunt & roborant. 2. ea, quæ revellunt, ut vomitus, frictiones, ligaturæ, diuretica, ſudorifera. 3. Ea quæ fluxum cohibent, ut roborantia, conſtringentia.

6. Si alioquin evacuatio ſanguinis ſuppreſſa, ut hæmorrhoid. menſium, & fluxui materiam ſuppeditet, vena, ſi plethora adſit, ætas & vires conſentiant, vel in brachijs, vel pedibus aperienda.

7. Si diarrhœa à venarum Meſaraicarum obſtructione ortum habeat, materia ſive humor obſtruens reſeratâ obſtructione evacuandus, deinde ventriculus & inteſtina corroboranda.

8. Ut autem profluvium alvi rectè inſtituatur, Medicus perpendere debet, quale profluvium ſit, num Criticum, vel Symptomaticum?

9. Criticum nullo modo ſiſtendum, ne humores vitioſi in aliam & quidem nobiliorem partem converſi alios morbos generent.

10. Sym-

10. Symptomaticum verò, quando æger ex eo commodum ſentit, non ſtatim ſiſtendum, nec etiam promovendum, econtrà, ubi æger nullum commodum ex eo percipit, ſed virium dejectionem, Medicus naturæ ſuccurrere debet, materiam peccantem evacuando, revellendo & alterando.

11. Evacuatur autem & revellitur ejusmodi materia peccans, non ſolùm lenibus purgantibus, verùm etiam venæ ſectione, inprimis ſi id ſimul febris & inflammatio poſtulent, & humor ſuperfluus ad ventrem copioſus confluat, vires aliaque conſentiant. Gal. in com. ſup. 22. aphor. l. 4.

12. Ubi autem fluxus nimius ſit & vires proſtratæ, humor abſtergendus, temperandus, alterandus, & debito modo ſiſtendus, quod clyſteribus, potionibus, Electuarijs &c. alijsq; medicamentis internis & externis fieri poteſt.

13. In fluxu colliquativo, qui ſæpè in febribus malignis, peſtilentialibus, hecticâ, phthiſi obſervatur, Medicamentis refrigerantibus, humectanti-

bus, leniter aſtringentibus & fluxum ſiſtentibus, alexipharmaca admiſcenda qualia ſunt rad. Scorzoneræ, Tormentillæ, Cornu cervi præp. Terra ſigillata, conſerv. Roſ. acetoſæ, carnis citri &c.

14. Si autem Diarrhœa ſit à toto corpore, absque febre, pro diverſitate humoris peccantis curatio inſtituenda, pituitoſus enim calida, abſtergentia, incidentia, evacuantia & ſiſtentia medicamenta tam interna, quàm externa: Bilioſus econtrà frigida &c. requirit.

15. In Dyſenteriâ, quæ eſt exulceratio inteſtinorum, ſi ſangvis copioſus & ad inteſtina ejus vehemens impetus, dolor & inflammatio, nec non febris conjuncta ſit, venæ ſectio omninò locum habet, quæ meis parentibus in dyſenteriâ Epidemicâ malignâ in principio adhibita ante annum, multum profuit, quia huic plerumq; febris maligna fuit conjuncta.

16. Fluxus dyſentericus infra quartum diem, modò vires permittant, non cohibendus, ſed ea medicamenta exhiben-

benda, quæ acrimoniam humorum obtundunt, non purgant, ac ſic naturæ negotium relinquendum.

17. Quando autem naturam cum inani deſiderio egerendi humorem peccantem in inteſtinis hærere & aliundè affluentem evacuare non poſſe, imò ferè ſuccumbere viderimus, eam medicamentis lenibus adjuvare debemus; Verùm hîc pro re natâ aſtringētia non fortia, vel ubi malignitas obſervatur, alexipharmaca admiſcere poſſumus. Ideoque Rhabarbarum in principio, cùm humorem bilioſum & acrem evacuare animus eſt, exhibere debemus, non, vel parùm toſtum; Quando autem aſtrictione opus habemus, leviter torrere, vel in aq. aliquâ aſtringente, ut plantag. Roſar. vel Tormentillæ exhibere debemus.

18. In Dyſenteriâ, quando craſſiora inteſtina exulcerata ſunt, proſunt clyſteres. In exulceratione verò tenuium, potiones, vel medicamenta ore aſſumpta. Verùm hæc interdum & quidem inteſtinis craſſioribus affectis non nocent.

19. Si

19. Si peractâ purgatione teneſmus accidit, tum Clyſter ex aq. hordei applicandus, ut acris medicamenti, vel humoris portio in inteſtino recto hærens, abſtergatur. Cibus etiam abſtergens, ut Iuſculum ex piſis paratum &c. non nocet.

20. Clyſteres, quando deterſione & purgatione opus eſt in majore, econtrà, quando conſolidare volumus, in minore quantitate inijci debent.

21. Clyſteres, qui in teneſmo applicantur, non excedant libræ ſemiſſem, nec etiam fiſtula Clyſteris ultra longitudinem duorum digitorum transverſalium ano imponatur.

22. Topica ano admota ſint actu calida, non frigida, quia rectum inteſtinum nervoſum & muſculis ſenſibilibus conſtat, ideoque frigida ferre non poteſt.

23. Verum ejusmodi magna remedia Medicus in principio, antequam inteſtina ab humore vitioſo graviùs lædentur, uſurpare debet & quidem non ſemel, ſed aliquoties, donec humor peccans evacuatus ſit.

24. In

24. In dyſenteriâ vomitus, non niſi materia maligna copioſa in ventriculo hæreat, prodeſt.

25. In Diureticorum exhibitione, cautè agendum, & non, niſi eâ materia peccans ad renes derivetur, convenit.

26. Sudorifera in dyſenteriâ, imprimis malignâ, præmiſſis præmittendis, inter alia medicamenta non infimum locum tenent; quibus alexipharmaca fuerunt admiſta, multi enim in his à me ſanitati, qui ante annum Epidemicâ dyſenteriâ laborarunt, fuerunt reſtituti.

27. Quando dolor in dyſenteriâ vehemens eſt, clyſteres ex emollientibus, lenientibus, anodynis & abſtergentibus parati ſunt inijciendi, Ingredientia autem, ut Lac Chalybeatū vaccinum, Rad. Tormentil. Flo. Chamom. Melilot. Roſar. rub. ſem. lini, pſylii, hyoſcyami vitel. ovorum, pingvia ſeva, hircin. caprinum &c. Item Emulſio ex ſem. melonum, papavere albo, amygd. d. & decocti hordei cum C. Cervi paratum.

28. Urgente verò neceſſitate & dolore

lore laudani opiati gr. iij. in liquore convenienti,ubi malignitas expurgata & ulcus deterſum & ſanatum,exhiberi poſſunt, ſin minus, nocent, nam licet laudano opiato ſumpto dolores mitiores facti alvusque cohiberi conſpiciatur,tamen malum recrudeſcit, imò exulcerationi novæ & periculoſiori inteſtinorum cauſam præbet, ſicuti exempla docent.

29. Præmiſſis præmittendis, fluxum ſiſtentia & ulcus mundificantia aliqua medicamenta uſurpanda, quorum magna copia paſſim apud autores inveniuntur.

30. Fuerunt nonnulli, qui docuerunt, umbilici circumvolutione dyſenteriam curari poſſe, dicentes, ſicuti dolor dolorem interdum curat, ita quoque circumvolutionem umbilici, quæ absque dolore non fit, dyſenteriam curare, verùm dyſenteria non eſt dolor, ſed exulceratio inteſtinorum, quam dolor ſequitur. Ideoque neque circumvolutio umbilici, nec alius dolor dyſenteriam curabit.

31. Eſt etiam alius fluxus ſanguinolen-

lentus, ſive Epaticus, ubi absque inteſtinorum ulcere ſangvis excernitur.

In hoc affectu habeatur ratio membri, à quo procedit. Si ſangvis inſtar loturæ carnis excernatur, vena brachij aperiatur; Epar confortetur ſtypticis, aperitiva verò vitentur.

32. Si fiat ab obſtructione, dentur aperitiva.

33. Viſcera infimi ventris cibis & medicamentis confortentur.

34. Ungventa & fomenta in dyſenteriâ non ſint multùm calida, ſed tantum tepida. Nimius calor enim adjuvat excretionem.

35. Cibi in Dyſenteriâ ſint paucæ quantitatis, ut membra ſint avara & humores ita retineantur. Cibi ſint actu frigidi, non calidi, ob cauſam morbi calidam, quia conſtringunt, niſi prohibeant oppilatio, aut apoſtema.

36. Cibi ſint ſimplices, facilis coctionis & boni nutrimenti. Ideoque errant ij, qui dyſentericis duriores cibos exhibent,

bent fructus aſtringentes, niſi cum ventriculus cibum non admittat, non admittendi; cum ſitis ægrum moleſtat, debet abſtinere à dulcibus; ſitim enim augent.

37. Medicamentis Diæta reſpondeat.

38. Aërem frigidum patiens fugere debet, ut malignitas & acrimonia humorum, quæ in dyſenteriâ plerumque adſunt, exhalare poſſint.

39. In omni fluxu alvi ſalsa, acria, acida & amara vitanda.

40. In profluvio alvi aſtringentia, neceſſitate urgente, ante cibum dari debent.

41. Victus, ubi febris conjuncta, tenuis ſit.

42. Cibi etiam ij, qui viſciditatem, ſive vim emplaſticam habent, non nocent; quia diu in ventriculo retinentur.

43. Oryza cum lacte cocta in dyſenteriâ eſt optimus cibus, ſaccharum, quia dulce & acrimoniâ non caret, nocet.

44. Veſcendum potiùs animantibus ſylveſtribus, quàm domeſticis, ut ſunt

Caro

Caro turturum, perdic. turdorum, gallinæ, leporis junioris, capreoli, cervi, E. par gallinæ & vervecis &c.

45. Potum quod attinet, prodeſt cereviſia defæcata, item decoctum ex hordeo toſto, Rad. Tormentil. Galanga, nuce moſch. Cinamomo.

46. Vinum vitandum forte, urgente verò neceſſitate detur nigrum, vel rubrum ſtyptici ſaporis.

DE LUMBRICIS ſive VERMIBUS.

Vide Aphor. 26. ſect. 3. ſub tit. de anhelitu.

APHORISMI PRACTICI.

1. Curatio vermium ſive Lumbricorum, ſeu cucurbitini ſint, ſeu rotundi, lati, aſcarides, in eorum enecatione & expulſione conſiſtit.

2. Lumbrici, quantò magis ſunt in inferioribus inteſtinis, tantò debet eſſe vis major medicamentorum, quæ adverſus eos præſcribuntur, quia vim deperdunt in viâ.

3. Omnes cibi phlegmatici vitandi.

4. Lumbricos prius debemus necare, deinde expellere.

5. Medicamenta adverſus lumbricos ordinata jejuno ſtomacho ſumenda.

6. Calidis & acribus expelluntur vermes.

7. Lati lumbrici difficiliùs expelluntur, quàm longi: ideoque fortioribus medicamentis opus eſt.

8. Bonum eſt, cum interiùs ſumptis externa adhibere adverſus lumbricos, quò duplici remedio fugari poſſint.

9. In enecandis vermibus medicamenta externa, imprimis emplaſtra toti ventri ob coli inteſtini ſitum applicanda.

Hîc mihi in mentem venit caſus ſequens notatu non adeò indignus; Uxor Viri Reverendi, Doctiſſimi D. Conradi Leji, Decani Leerbergenſis, Poëtæ Clariſſimi p. m. Anno 1609. colicis doloribus correpta fuit, quæ cum multis muliercularum experimentis uſa fuiſſet, me tandem in conſilium adhibuit. Ad hanc cum veniſſem Enema

ema anodynum & flatus diſcutiens libenter injeciſſem: Verùm admittere noluit, ordinavi igitur paſſulas purgantes. Deinde exteriùs fomentationem ex herbis emollientibus, diſcutientibus & aliis applicari juſſi, præſcripſi quoque ungventum Agrippæ, item Empl. ex Galbano, aloë, Myrrhâ, in Malvat. diſſ. pulpâ colocynth. & cera paratum. Item vinum medicatum &c. quibus dolores quidem mitiores facti, verùm totaliter non ceſsârunt, potiunculam ergo horâ matutinâ ſextâ ſequentem propinavi;

℞. Herb. Centau, mino.
Menthæ.
Chamomill.
Corallinæ.
Sem. Carvi ʒſ.
CC. n. præp. ʒij.
Fol. Senæ ʒiſ.
Rhabarb. ʒſ.
Schænanthij.
Zedoariæ ʒſ.
Cort. arantio. ʒj.
Infunde per noctem in ſ. q. vini

abſinthiaci. Manè factâ ebullitione in ℥iij. diſs. El. Bened. laxativ. ʒij.
Sy. Flo. Acatiæ ʒvi.
Miſce, f. potio purgans.

A potiũculâ hac epotâ non ſolùm magnam copiam bilioſi & pituitoſi humoris, ſed etiam latum vermem undecim pedum longitudine per ſeceſſum dejecit & ſic à dolore colico liberata fuit.

10. Verminoſi unctioſis & dulcibus ſunt nutriendi: Tertio autem die amara medicamentis prædictis immiſcenda, ut vermes interficiantur.

11. Proſunt etiam enemata ex amaris parata, ſed absque oleis, vermes enim fugiunt olea, item ſuppoſitoria, quia aſcarides in inteſtino recto ſunt, hi ex ſpe. hieræ reſinâ paratâ educuntur.

12. Medicamenta liquida meliùs valent, quàm ſolida.

DE DOLORE VENTRIS.

Colicâ & Iliacâ paſſione.

IV. A:

IV. Aphor. 11.

Ὁκόσοισι στρόφοι, καὶ περὶ τ̃ ὀμφαλὸν πόνοι, καὶ ὀσφύος ἄλγημα μὴ λυόμενον, μήτε ὑπὸ φαρμακείας, μήτ᾽ ἄλλως, εἰς ὕδρωπα ξηρὸν ἱδρύεται.

Quibus tormina adſunt & circa umbilicum dolores lumborumque dolor, qui neque medicamentis neque aliter ſolvitur, in ſiccum hydropem firmatur.

[Quia inteſtina, meſenterium, ventriculus & epar frigidâ intemperie hecticâ laborant, quæ neque à calore nativo reſoluto, neque medicamentis vinci poteſt: Imò medicamentis purgantibus malum non curatur, ſed magis exacerbatur, hinc tympanites. Gal. in com. Hipp. in Coac. 6. aphor. com. 12. & 33. 5. aphor. com. 66. 2. progn. com. 1. 2. aph. com. 22. 2. de fac. nat. c. 8, 5. de loc. affect. 6. 5. aphor. com. 41. Celſ. lib. 2. c. 5.]

IV. Aphor. 20.

Ἀπυρέτοισιν ἐοῦσιν ἢν γίνηται στρόφος καὶ γουνάτων βάρος, καὶ ὀσφύος ἄλγημα, κάτω φαρμακείης δεῖσθαι σημαίνει.

Si non febricitantibus adſint tormina & genuum gravitas, lumborum dolor,

purgatione per inferiora opus ſignificatur.

[Quia hæc ſymptomata humorem phlegmaticum dominari indicant: faciendæ ergo ſunt evacuationes pro impetu & motione humorum noxiorum. Galen. in com. 6. Epid. 4. 4. aph. com. 11. & 17. 5. aph. com. 41. 12. de uſu part. 15. & 16.]

VI. Aph. 6.

Τὰ νεφριτικὰ, καὶ ὁκόσα κατὰ τὴν κύστιν ἀλγήματα, ἐργωδῶς ὑγιάζεται τοῖς πρεσβυτέροισι.

Renum vitia & dolores circa veſicam quicunque diffi.ulter ſanantur in ſenibus.

[Quia excrementa acria perpetuò per ea viſcera deferuntur, atque ſic ulcera ob continuum affluxum (requirit autem ſanatio quietem) & calorem debilem difficulter, vel nunquàm conſolidantur. Senes etiam diuturnis morbis corrupti plerumque commoriuntur. Gal. in com. 2. aph. 39. 6. Epid. 7. com. 25. 7. aph. com. 26. & 31. 2. aph. 40. 48. 1. Epidem.]

VII. A-

VII. Aphor. 26.

Ἐπὶ ὀδύνῃ ἰσχυρῇ τῶν περὶ τὴν κοιλίην ἀκρωτηρίων ψύξις, κακόν.

A forti dolore partium ad ventrem attinentium perfrigeratio extremitatum, malum.

[Quia inſtammatio, vel apoſtema viſceris alicujus interioris, ſangvinem & ſpiritus à partibus exterioribus retrahit, hinc extremorum perfrigeratio. Sicuti etiam apoſtema viſceris alicujus per ſe malum. Gal. in com. Celſ. lib. 2. c. 8. 2. aph. 48. 7. aph. com. 1. & 26.]

VII. Aph. 39.

Ἢν οὐρέῃ αἷμα καὶ θρόμβους, καὶ στραγγουρίην ἔχῃ, καὶ ὀδύνη ἐμπίπτῃ ἐς τὸ περίναιον, καὶ τὸ ὑπογάστριον, καὶ τὸν κτένα, τὰ περὶ τὴν κύστιν νοσέειν σημαίνει.

Si quis ſangvinem, aut grumos minxerit & ſtranguriâ laborat, dolorque inter fœmineum & imum ventrem, ad pectinem inciderit, loca ad veſicam malè affici ſignificat.

[Id eſt partes urinæ reddendæ ſervientes ſunt exulceratæ. Gal. in Com. 4. aph. c. 22. 4. aph. 80.]

	2		1		aff. ventric.
	22		3		quartanâ.
	18		4		Vomitu.
	66		4		febre acutâ.
	5		6		plevritide.
Vide	7	ſ.	6	ſub t.	aff.ventric.
aph.	40		6	de	rel.fe.ſympt.
	44		6		rel.fe.ſympt.
	10		7		deſipientiâ.
	23		7		Empyemate.
	56		7		aff.ventric.

APHORISMI PRACTICI.

1. Cura colicæ paſſionis non eſt differenda quia eſt morbus acutus & vires proſternit. Curatur autem medicamentis cauſam auferentibus.

2. Cum medicamentum, qualecunque ſit ſecundum rationem & indicationes præſcriptum, non juvat, non ſtatim reijciendum, ſed in eo perſeverandum.

3. Si morbus hic eſt à flatibus, calidis medicamentis diſcutiendi.

4. Si ab humore vitreo, mucilaginoſo, viſcoſo, bilioſo, incidendus & evacuandus.

5. Im-

5. Imminente dolore colico, cibus vitetur.

6. Quando materia peccans continetur in ventriculo, vomitus provocetur; ſi in ſuperioribus inteſtinis, purgans medicamentum exhibeatur, non enema, ne quod crudum in ventriculo deorſum trahatur; ſi in inferioribus inteſtinis, tunc enemata applicanda.

7. In uſu enematum revolvat ſe æger ſuper locum doloris.

8. Purgantia ante uſum enematum non exhibenda.

9. Quando dolor ſedatus eſt & recurrit, tunc purgatione opus eſt, non autem electivè purgantia, quæ à remotis partibus trahunt, imprimis ſi cauſa eſt in inteſtinis, danda.

10. In causâ frigidâ fortia reſolutiva in principio non præſcribenda, quia dolorem augent, evacuatio itaque præmittenda.

11. Si materia peccans rebellis, poteſt fieri digeſtio, ut dictum, nimirum, manè accipiatur potio digerens, ſerò verò enema.

12. Benedicta laxativa in causâ frigi-

dâ eximiè valet, dolorem etiam lenit.

13. Venæ ſectio, ubi plethora & inflammatio, non nocet.

14. Interdum copia flatuum non permittit ingredi enemata, ideoque iterentur ex diſcutientibus, calidis & carminantibus (nõ tamen in magnâ doſi, ſufficiunt enim ℥ix vel ℥x.) vino ſimplici, addendo aliquid vini malvatici, parata & ſuppoſitoria longa indantur.

15. Ad minus quatuor horæ ſint inter evacuationem enematis ad alterius adminiſtrationem.

16. Symptomata, quando ob vehementiam induunt naturam morbi, neglectâ causâ curanda.

17. Pro ſedando dolore proſunt Enemata ex herbis emollientibus, flatus diſcutientibus, vino, ol. anethino, Chamomil. &c. parata. Uſus autem enematum continuandus, quando materia in inferioribus inteſtinis hæret. Fiant quoque balnea ex anethi flo. Chamom. urtic. rut. origano, malvâ &c. Detur ol. amygd. d. vinum malvaticum.

18. O-

18. Omnia medicamenta in colicâ paſſione actu calida (non autem ea, quæ valentiùs calefaciunt) exhibenda & applicanda.

19. Si humor hujus morbi acris, ſolutiva lenientia danda, & intemperies corrigenda.

20. Fomenta non, niſi univerſalia, medicamenta præmiſſa fuerint, proſunt.

21. Narcotica in colicâ paſſione, ſive ſit vera, ſive notha, in principio & quidem ubi cauſa mali frigida, non exhibenda: magis enim humorem ſive cauſam morbi impingunt, & dolor poſtea redit. Ideoque magnâ cum cautione exhibenda.

22. Narcotica benè correcta, urgente neceſſitate, & viribus non proſtratis, non niſi cum ſolutivis lenientibus ſunt exhibenda.

23. Quando colica paſſio curatur, cavendum, ne epar calefaciamus.

24. Doloris tempore æger abſtineat à cibo & potu, imprimis à ſuperfluo potu. Sitim econtrà ſuſtinere ſalutiferum eſt.

25. In Colicâ ab humore acri ol. amygd. d. inter alia medicamenta infimum locum non habet, in Jure Caponis, vel Gallinæ in quo flo. Chamomil. & ſummit. Herb. Mercurialis ã Mj. ebullierint. Cremor ptiſanæ etiam exhiberi poteſt, item Clyſteres abſtergentes &c.

Iliaca paſsio.

26. In Iliacâ paſſione magis juvant ea, quæ per os aſſumuntur, quàm inferiùs adminiſtrata: quando tamen adminiſtramus ſolutiva per os, etiam juvare debemus inferiùs per Clyſteres emollientes & humectantes, ſicuti etiam fomentationes emollientes & Balnea.

27. Fiant urgente dolore ſuppoſitoria ex Caſtor. Croco, Caſſiâ ligneâ, cum modico Opij.

28. In Iliacâ paſſione cum fructu patiens etiam ol. amygd. d. item Juſcula pingvia ſumere poteſt, & ſi vomitu reijciantur, eorum uſus tamen continuandus.

29. Si hæc affectio eſt à cancro, incurabilis eſt.

30. Si à veneno, alexipharmaca exhibenda, quæ veneno reſiſtunt.

31. Si à fecibus induratis, tum pinguia, item ol. olivarum, nec non amygd. d. exhibendum, Clyſteres, Balnea etiam, inunctiones, fomentationes, Cataplaſmata adhibenda.

32. Fungi, id eſt, boleti orbiculati, Pfifferling/ Item digitelli Rheling/ &c. ſunt flatulenti, facilè Iliacam paſſionem propter venenoſitatem & vim ſtrangulantem cauſare poſſunt; ideoque tanquam peſtis fugiendi: Contra horum venenoſitatem prodeſt in principio vomitus, deinde decoctum ex rad. liguſtici, angelicæ, theriacâ, Mithridat. &c. paratum: Item pilulæ de agarico, nec non Extractum agarici.

33. Flatus pudore cohibiti Colicam & Iliacam paſſionem cauſare poſſunt. Ideoque tuſſi potiùs crepitum diſſimulare, quàm comprimendo morbum accerſere convenit.

DE AFFECTIBUS ANI.

Vide

Vide aph.	30	sect.	3	ſub t. de	lethargo.
	25		4		ſputo ſang.
	22		5		dol. capitis.
	11		6		melanch.
	12		6		Phthiſi.
	21		6		Melanch.

APHORISMI
PRACTICI.

1. Curatio ῥαγαίδων ſciſſurarum ani conſiſtit in cauſarum, ſi adhuc præſentes ſint, abolitione, dolorum mitigatione & ulceris ſanatione.

2. Si alvi fæces duræ ſint, exhibeantur juſcula pingvia, pruna dulcia, & alia alvum emollientia.

3. Humor peccans, præmiſſis præmittendis, expurgetur.

4. Univerſalibus præmiſſis, Topica (causâ interim nõ neglectâ) uſurpanda.

5. Sciſſuræ itaque abſtergantur & exſiccentur appropriatis oleis, ungventis &c. Deinde conſolidentur.

6. Tumor circa anum κονδύλωμα dicitur: Hujus curatio per victus rationem, venæ ſectionem, cauſæ ablationem & topicorum medicamentorum appropriationem perficitur.

7. In

7. In principio quidem facilè curatur, quando autem diuturnum, ſicuti etiam thymi, ficus, criſtæ &c. difficulter curatur. Ideoque ad chirurgi manum confugere oportet.

8. Vena ergo in principio aperienda & cauſa, quæ plerumq; eſt humor melancholicus, evacuandus.

9. Deinde Topica, ut Cataplasmata, vel Empl. maturantia & diſcutientia apponenda.

10. Factâ ſuppuratione, tumor incidatur, pus exprimatur, deinde Crollij Empl. & ungvento Apoſtolico vel fuſco curetur.

11. Si autem à bilioſo humore ortum habet, quod dolor acutus facilè docebit, vena incidenda brachij & prædictus humor evacuandus.

12. Humore bilioſo evacuato, dolor mitigetur Balneo aq. dulcis, in quo rad. & herbæ emollientes coctæ prius ſint.

13. Poſt balneum inungatur tumor dolens ungvento popul. & imponatur cataplasma refrigerans & repercutiens.

14. Do-

14. Dolore ſedato, applicentur maturantia, ubi ematuruit tumor, aperiatur, ulcus mundificetur & debito modo conſolidetur.

15. Fiſtula ani (σύριγξ σφιγκτῆρος) eſt ulcus calloſum & anfractuoſum. Vocari etiam poteſt ulcus malè curatum, Wann die vngeſchickte Barbierer vnd Bader die Ulcera übel curiren.

16. Curatio conſiſtit etiam in probâ victus ratione, vitent patientes omnia intenſiùs calefacientia & acria. Vena ſecetur, cauſſa ſive humor peccans, præmiſſis præmittendis, evacuetur.

17. His peractis, ulceris os ſtrictum fruſtulo Rad. Gentianæ vel Bryoniæ dilatetur, caro corrupta calloſa extirpetur, dolor qui plerumque incidit leniatur, expurgato ulcere & carne corruptâ & collapsâ (ſive fiat ungventis, ut eſt ungventum Ægyptiacum, item viride, vel cauterio actuali, vel potentiali) remotâ, ulcus debito modo conſolidetur.

18. Fiſtula autem ani penetrans pejor non penetrante & difficulter, vel nunquàm curatur absque cauterio actuali;

Ejus-

Ejusmodi fiſtulam Illuſtriſſimus & Generoſiſſimus Comes à Mannßfeld/ p.m. habuit, quæ S. G. ad mortem comitabatur.

19. Hæmorrhoides ſunt venæ pervenientes ad circulum ani à ramis venæ portæ & cavæ, quarum illæ internæ, hæ externæ vocantur, per quas ſangvis fluit, & accidit plerumque maribus in virili ætate, interdum etiam fœminis ſangvineis.

20. Hæmorrhoides debito tempore & quidem cum allevatione fluentes non ſunt impediendæ, præſervant enim à magnis morbis.

21. Curatio conſiſtit in debitâ victus ratione, fugiant ergo hæmorrhoidibus obnoxij coitum ſuperfluum, iram ſuperfluam, ſatietatem, cibi & potus ſint coctu faciles &c.

22. In fluxu hæmorrhoidum, quando magnus affluxus cum dolore adeſt, humor ſectione venæ brachij revellendus.

23. Si autem hæmorrhoides ad manifeſtam patiẽtis imbecillitatem, mutationem coloris faciei in pallorem,

pedum tumorem fluant, tunc medicamenta conſtringentia & ſangvinem cohibentia applicanda.

24. Cæcæ hæmorrhoides, ubi dolor etiam vehemens, aperiuntur:

1. Medicamentis, ut pilul. de Aloë, Rob ſambuci, item fomentis, ſuffumigijs è fol. Malvæ, Alth. Chamomil. Meliloti, ſem. lini, fænugræci & alijs paratis, item vino generoſo hauſto. Ego hæmorrhoides in meo corpore nullo alio remedio citiùs aperire poſſum, quàm vino optimo benè defæcato.

2. Aperiuntur hirudinibus. De modo applicandi hirudines vide Hieronymum Fabricium, ab Aquapend. item Sennertum.

3. Item venæ ſectione ſub talo, vel ſuper pollice pedis dextri, vel ſiniſtri, inſtitutâ.

25. In fluxu hæmorrhoidum ſemper debemus ad ventris lubricitatem intendere.

DE

DE AFFECTIBUS EPATIS.

VI. Aphor. 42.

Ἐν τοῖσιν ἰκτεριῶσι τὸ ἧπαρ σκληρὸν γίνεσθαι, πονηρόν.

Morbo regio laboranti epar durum fieri, malum.

[Quia durities phlegmonoſa & ſcirrhoſa minatur hydropem: Significat enim totam epatis ſubſtantiam bile ſuffuſam & infarctam eſſe, & ab eâdem exſiccatum & torrefactum. Galen. in com. 5. de loc. affect. c. 7. & lib. de potentijs.

VII. Aphor. 45.

Ὁκόσοι τὸ ἧπαρ διάπυον καίονται, ἢν μὲν τὸ πύον καθαρὸν ῥυῇ καὶ λευκὸν, περιγίνονται. Ἐν χιτῶνι γὰρ τὸ πύον τουτέοισιν ἐστίν: ἢν δὲ οἷον ἀμόργη ῥυῇ, ἀπόλλυνται.

Quibus jecur purulentum aduritur, ſi pus purum & album effluat, ſalvi fiunt, in tunicâ enim ipſis pus continetur: A. Siverò qualis amurca profluat, intereunt.

[Quia ſubſtantia epatis putreſcit: Subſtantia autem Epatis in verum pus converti nequit: ſignum ergò lethale eſt. Galen.1.ſimpl.18.Theophr.1.de cauſ. ſtirp. c. 13. 6. aphor. com. 17. 1. progn.44. 1. de rat. vict. in ac. cap.3.1. progn. c.46. 6.aph.com. 18.]

VII. Aphor. 55.

Ὁκόσοισι τὸ ἧπαρ ὕδατος πλησθὲν εἰς τὸ ἐπίπλοον ῥαγῇ, τουτέοισιν ἡ κοιλίη ὕδατος ἐμπίπλαται, καὶ ἀποθνήσκουσιν.

Quibus epar aquâ refertum in omentum eruperit, iis venter aquâ repletur & moriuntur.

[Quando aqua copioſa, quâ epar refertum, per ramos venæ portæ meſentericos, in inteſtina detruditur, tunc per ſeceſſum evacuatur & morbus ſolvitur: Si verò prædicta aqua, per ramos ad omentum tendentes, repentè in cavitatem ventris eruperit, venter aquâ repletus diſtenditur, & patiens moritur. hæc enim eruptio violenta eſt & naturæ ultimus conatus, ut in aſcite fieri ſolet. Galen. in com.6.aph.14.lib. de loc. in hom. Gal.3. Epid. com.3. 1. & 2. de diff. feb. c. 9. 7. aph. com. 56.]

Vide

Vide aph.	58	ſect.	5	ſub t.	ſingultu.
	18		6		aff. cordis.
	17		7		ſingultu.
	44		7	de	Empyem.
	57		7		re.f.ſympt.

APHORISMI
PRACTICI.

1. Intemperies Epatis curanda per contraria, ſed non absque ventriculi correctione.

2. Si Epar à partibus circumjacentibus calorem contraxit, intemperies tollenda, quâ ſublatâ calor epatis evaneſcit. Verùm ita Epar calefaciendum & refrigerandum in caſu neceſſitatis, ne æger in cachexiam, hydropem, aut tabem incidat.

3. In intemperie Epatis cum materiâ, ſi ea aliundè affluat, revellenda, & Epar corroborandum. Si verò materia in Epate hæreat, & plethora adſit, præmiſſo enemate, vel minorante medicamento, vena brachij dextri aperienda, deinde pro humoris varietate & qualitate præparanda & lenibus, non fortibus medicamentis, evacuanda.

4. Si intemperies ſit ex menſium ſup-

preſſione, præmiſſis præmittendis, Saphena aperienda.

5. In Epatis obſtructione, ſi plethora adſit, vena, præmiſſo minorante, aperienda.

6. Vena autem, non niſi humores craſſi obſtructiones cauſantes fluxiles facti, aperienda.

7. Præmiſsâ venæ ſectione, aperientia, incidentia, abſtergentia ordinanda. Materia ita præparata, ſi hæreat in cavâ parte Epatis, per ſeceſſum, ſi in gibbâ, per urinam leniter evacuanda.

8. Epatis diuturna obſtructio requirit calida, deoppilativa; quæ verò in ſcirrhum abijt, difficulter curatur.

9. Aperientibus medicamentis ſemper roborantia & aſtringentia admiſcenda.

10. Aperientia absque ſolutivis, ſed benedictis, non præſcribenda.

11. Non ſufficit autem in obſtructione Epatis ſemel evacuare, ſed bis, ter vel ampliùs.

12. Omnia dulcia, quia obſtruunt & facilè in bilem vertuntur nocent.

13. In Epate non calido, ſed debili pro-

proſunt confortantia & aromatica, item vinum Hippocraticum, vel Claretum ex aromatibus paratum, interdum etiam pro re natâ evacuantia.

14. Aloetica, quia valdè exiccant, Epati, inprimis calido, non ſemper proſunt.

15. Inflatio Epatis curatur discutientibus & digerentibus, internis & externis ſcilicet fomentis, Item Cataplasmatibus, oleis, Emplaſtris &c.

16. In phlegmone Epatis, ſi plethora adſit, vena, præmiſſo enemate, aperienda, evacuationis & diverſionis gratiâ.

17. Hæmorrhoides conſvetæ revulſionis gratiâ ſtatim ſunt aperiendæ.

18. Electivè purgantia in hoc affectu plus nocent, quàm proſunt, lenientia ergò præſcribenda, vel Clyſteres lenientes; inprimis quando materia adhuc fluit: Valida enim purgantia fluxionem magis excitant.

19. Quando inflammatio fervidior eſt, Cichoracea, decoctum hordei aliaq; liquida appropriata ordinanda, ejusmodi autē medicamenta temperanda,

ne admodum ſint dulcia, quia dulcibus augetur bilis & Epar inflammatum in majorem molem attollitur.

20. Materiâ ita præparatâ, ſi natura ea, quæ in cavâ parte Epatis concocta hærent, per alvum evacuare tentat, lenientia cathartica exhibenda, ſi per urinam & in gibbâ parte ſit, ea, quæ per urinas ducunt, præſcribenda. Medicus enim ſemper naturam benè operantem adjuvare debet.

21. Quando autem inflammatio biliosa ingens ſit, Medicamenta fortiora ad ſcyrrhum Epatis prohibendum ordinanda.

22. Epatis inflammatio interdum fluxu narium terminatur, ideoque quia criticus, non cohibendus.

23. In phlegmone Epatis mollientia topica non adhibenda, ſed à frigidis & ſtypticis incipiendum, ſola enim emollientia & reſolventia Epatis virtutem lædunt.

24. In progreſſu verò ſolventibus roborantia & ſtyptica miſcenda, in declinatione ſtyptica minuenda. Topica enim medicamenta malè ſ. citra ratio-

nem

nem & indicationes adhibita ſæpiſſimè ægrum interficiunt.

25. Topica actu frigida non, niſi ſit eryſipelas, vel fervor inſignis, applicanda.

26. Topica etiam frigida ſuperflua nocent, quia ſcyrrhum Epatis & mortem cauſſare poſſunt.

27. Omnia Topica Epatica ſint benè pulveriſata, ut citiùs penetrent.

28. Quando autem inflammationem ſuppuratio ſequitur, quam dolor, febris aliaque ſymptomata facilè indicant, naturam emollientibus & ſuppurantibus adjuvare debemus.

29. Abſceſſu rupto, ſi materia ex cavâ parte Epatis purulenta ad inteſtina fluat, & perfectè evacuetur, naturam non impedire, ſed ſaltem Clyſtere ex hordeo, ſacch. Melle parato, puris acrimoniam attemperare debemus.

30. Si verò pus ex gibbâ parte ad renes derivetur & per urinam perfectè evacuetur, acrimonia puris ſero caprino, emulſione ſem. melon. aliiſque, mitigari poteſt.

31. Si prædicta materia ad ventricu-

lum regurgitet, & natura vomitu evacuare eam tentet, tunc naturam etiam jure pingvi, vel alijs mitioribus adjuvare debemus, quando autem æger non ſit ad vomitum pronus, clyſter abſtergens uſurpandus.

32. Quando autem purulenta materia, ſubſtantiâ Epatis exesâ, ejusque membranâ Epar ambiente in cavitatem ventris effunditur, tunc ejusmodi materia nullo alio modo, quàm ſi abdomen novaculâ aperiatur, evacuari poteſt, verùm quia non multi ejusmodi dolorem ſuſtinere poſſunt, vel volunt, multi etiam hoc affectu laborantes evadere non poſſunt. Plura vide de hoc affectu apud Sennertum. Capivaccius recitat in ſuâ Practicâ hiſtoriam curati ulceris Jecoris ſeqventem. Patavij quidam deplorato jecoris ulcere laboravit, homo robuſtus aliàs, & nauticis laboribus addictus, huic medicus tum temporis Venetus Clariſſimus H. S. præter reliquorum Medicorum conſilia curavit abdominis partem in regione jecoris novaculâ aperiri, ut plurimum

puris

puris per vulnus efflueret. Unde poſtmodum benè curato vulnere homo ſuperſtes manſit & triennio pòſt ſaltavit ac laboravit, nihil ſentiens incommodi. Ulcus hoc fortaſſe fuit in gibbâ parte Epatis, nam in cavâ parte ulcera difficulter, & non absque periculo aperiuntur.

33. Epar etiam interdum ſine præcedente inflammatione ulceratur, quando fit, æger dolorem dextri lateris cum tuſſi ulceroſum ſentit, & atrophiâ tandem conſumitur, cum excrementis non ſolum purulenta materia, ſed etiam interdum particulæ Epatis excernuntur. ut vide Nicol. Florent. ſect. 5. cap. 6. Matth. de grad. in com. ad cap. 7. part. 1. l. 9. Rhaſis. Galen. de comp. med. ſecund. loc. &c.

34. Curationem quod attinet, ea medicamenta, quæ de curatione ulceris ventriculi tradita ſunt, ordinanda.

35. In ſcirrho Epatis ea medicamenta, quæ de obſtructione Epatis dicta ſunt, proſunt, ſemper tamen emollientibus, præmiſſis præmitten-

tendis, roborantia & amara admiſcenda, ubi durities eſt in gibbâ parte Epatis.

36. Si ſcyrrhus Epatis in cavâ parte ſit, topica parum proficiunt, interna ergo adhibenda, inter alia, præmiſſis præmittendis, ammoniacum in Syr. de Eupatorio, anagallide, vel oxym. compoſ. diſſol. aliaque deoppilativa medicamenta.

DE HYDROPE.

VI. Aphor. 8.

Τοῖσιν ὑδρωπικοῖσι τὰ γινόμενα ἕλκεα ἐν τῷ σώματι οὐ ῥηϊδίως ὑγιάζεται.

Vlcera, quæ in hydropicorum corporibus excitantur, non facilè curantur.

[Hoc fit, non ſolùm in anaſarcâ, ſed etiam in aſcite, ob humiditatis acris & putris abundantiam, in habitum totius corporis & carnem diffuſam, nec non ob ſangvinis boni caloriſque nativi penuriam. Celſ. l. 2. c. 21. Gal. in com. lib. de tum. c 20. 4. aphor. 11. 7. aph. com. 71. 6. aph. com. 8. 3. M. M. c. 8. 1. de ſem. c. 8.]

VII. Aphor. 29.

Ἢν ὑπὸ λευκοῦ φλέγματος ἐχομένῳ διάῤῥοια ἰσχυρὴ ἐπιγένηται, λύει τὴν νοῦσον.

A leucophlegmatiâ detento ſi fortis diarrhœa ſupervenerit, ſolvit morbum.

[Quia cauſa hydropis à naturâ expellitur. Galen, in com. 1. de nat. fac. 7. aph. 17. Gal. lib. de tum. c. 20. 5. de locis affect. 6. 2. aph. 22.

Vide aph.	22	ſectionis	3	ſub titulo de	quartanâ.
	11		4		dolore ventris.
	12		6		phthiſi.
	14		6		profluvijs alvi.
	27		6		empyemate.
	35		6		tuſſi.
	43		6		profluvijs alvi.
	5		7		Melancholiâ.
	47		7		tuſſi.
	55		7		affect. Epatis.

APHORISMI PRACTICI.

1. In Cachexiâ aphoriſmi practici obſervandi, quorum ſuprà de intemperie Epatis frigidâ & humidâ (quia Epar in hoc affectu imbecillum & frigidum) mentio facta eſt. *Cachexia.*

2. Phlebotomia ergo hîc non convenit

venit (quia in Cachexiâ eſt magnus lapſus Epatis) niſi à menſium, aut hæmorrhoidum ſuppreſſione nativum calorem ſuffocante, ortum habeat. Hipp. 7. aph. 17.

3. Omnia medicamenta purgantia non ſint fortia, quibus confortantia & incidentia ſint admiſta.

4. Univerſalibus præmiſſis abſtergentia, nec non ventriculum & Epar corroborantia, exhibenda.

5. Et quia in hoc affectu ſeroſus humor, ut in Anaſarcâ plerumque abundat, diuretica, inprimis in menſium obſtructione, nec non ſudorifera, præmiſſis præmittendis, uſurpanda.

6. Hydrops, non niſi cauſa tollatur, curatur, id eſt, niſi viſcerum obſtructionum cauſæ tollantur, caloris innati, nec non ſangvificationis ſumma imbecillitas, ſive per ſe, ſive per conſenſum ſit, corrigatur & facultates læſæ confortentur, impoſſibile eſt, aſcitem, vel aliam ſpeciem hydropis curare.

7. Et quia Aſcites eſt morbus Chronicus ſive diuturnus, à medicamentorum uſu non deſiſtendum: ejusmodi ta-

di tamen interdum permutanda, ne conſvetudine naturæ fiant familiaria, vel interdum etiam intermittenda, ut natura ſeſe cibo & potu recolligere poſſit.

8. Materia ſive cauſa morbi, quia humor ſeroſus, qui alias tenuis & fluxilis, coctione non indiget.

9. Si verò humor craſſus in primis vijs, ſive in Meſaraicis venis hæreat ille incidendus, abſtergendus, deinde evacuandus.

10. Medicamenta aquoſum humorem educentia non ſint fortia, & non niſi diuretica, & quidem in formâ ſolidâ exhibeantur.

11. Non ſemper etiam tutum eſt, curationem Aſcitis incipere à Syrupis, quia ſi humor multus fuerit, tunc ſyrupi, qui plerumque ſunt aperientes, ducerent ſecum humorem & plus obſtruerent. Ergo minoratio præcedat.

12. Sicuti in Tympanite ructum provocantia & flatus craſſos incidentia & diſcutientia conveniunt: ita in

ita in Aſcite & Anaſarcâ vomitus in-
terpolatus ſecundum vires provoca-
tus.

13. Sunt nonnulli, qui in hydrope
Rhabarbarum non prodeſſe putant
verùm quando hydrops eſt à bile co-
pioſâ & craſſiore, & ea in Epate venis-
que meſaraicis hæret, ibique obſtru-
ctiones pertinaces, icterum, febrem
chronicam, nativi caloris corruptio-
nem & ſic cachexiam, hydropem cau-
ſat, tunc absque omni periculo (modò
viſcera infimi ventris, ut Epar, lien,
glandulæ meſenterij, pancreas &c.
non ſint ſcirrhoſa,) exhiberi poteſt.

14. Hoc autem diligenter notandum,
quibus diebus in hoc affectu, ita & in
Anaſarcâ evacuantia, ſive ſint purgan-
tia, ſive diuretica, non exhibentur, iis-
dem ſemper alterantia deoppilativa &
calorem nativum viſcerum inſtauran-
tia, ut facultates inprimis alteratrix &
attractrix confortentur uſurpanda, his
enim neglectis evacuantia parùm pro-
ſunt.

15. Ideoque confortantia ſemper ſo-
lutivis miſcenda.

16. De

16. De modo extrahendi aquam in Hydrope variæ apud autores ſunt opiniones. Sãctorius, Platerus, Guilelmus Fabricius in Hydrope peculiaribus inſtrumentis umbilico adhibitis educendam eſſe putant; ſtatuunt enim vaſa umbilicalia non planè coaleſcere, ſed ſæpè ſeroſos humores aliosque per ea effluere, ſicuti obſervationibus Medicis nonnullis probant: alij alias partes ad ſerum evacuandũ aperiri curant, ut ſcrotum, crura circa ſuras, abdomen; Verùm ejusmodi apertiones non niſi in ægro & corpore robuſto, & ubi alia remedia fuerunt absque effectu adhibita, & viſcera infimi ventris, ut ſuprà dictum non ſint ſcirrhoſa, tentandæ & aqua paulatim educenda, (nam ſi confertim effluat aqua, patientes moriuntur:) Sicuti ego etiam in nonnullis hydropicis aquam in magnâ copiâ & quidem non absque fructu (at ſucceſſivè) eduxi.

17. Ad humorem, qui in ambitu corporis, educendum ſudorifera non nocent.

18. Balnea provocativa non adeò

proſunt in aſcite & tympanitide, quia in his cauſa non eſt adeò ſparſa in toto corpore, & virtus debilis.

19. Crura tumida & inflata laventur decocto Abſinthij, fol. ſambuci, plantag. ungulæ Caballinæ, deinde cataplasmatibus ex ijsdem ſimplicibus & alijs paratis, vel Empl. de minio, cui aliquid pulveris calcis vivæ ſepties in aq. plantag. lotæ addi poteſt, involvantur.

20. Ubi metus de Gangrænâ eſt, coq. pulv. ceruſſæ, maſtichis, Myrrhæ, thuris in aq. plantag. pul. verò lithargyrij in aceto miſce, & utere.

Tympanitis. 21. In Tympanite materia, quæ eſt pituita, ex quâ generantur flatus, evacuanda, & cauſa, quæ eſt calor torrefaciens, in cavâ parte Epatis & meſenterio conſiſtens, generationique flatuum anſam præbens, removenda, flatusque diſcutiendi.

22. Digerentia itaque & aperientia medicamenta, quæ obſtructiones aperire poſſunt, præſcribenda, ut eò commodiùs materia obſtruens, quæ eſt materia flatuum, evacuari poſſit.

 23. Quan-

23. Quando intemperies Epatis obſervatur, externis medicamentis ſuccurrendum.

24. Si hydrops, qualiſcunque ſit, Epate per ſympathiam laborante contigerit, parti affectæ omninò ſuccurrendum.

25. In omnibus ſpeciebus hydropis prodeſt ſolutio flatuum & humiditatum ſeroſarum, nec non pororum apertio, factâ frictione, vel ad ignem, vel ſolem, vel in ſudatorio.

26. Anaſarca curatur, quando humor aquoſus per totum corpus ſparſus evacuatur & abſumitur. Deinde medicamentis præcavetur, ne novus generetur, vel affluat. *Anaſarca.*

27. Si in carnoſo hydrope ſangvis abundat, & ejusmodi abundantia eſt à retentione menſium, vel hæmorrhoidum, venæ ſectio non intermittenda. Hoc autem fieri debet ſtatim in principio, ſed modicè, vel ex internâ cubiti venâ, vel malleolis, ne ſangvinis frigidioris copiâ calor obruatur & extingvatur, Epatis intemperies augeatur, & ſic totus habitus corporis inficiatur.

28. Poſt venæ ſectionem danda vomitoria, ut crudi humores, qui nō ſolùm in ventriculo, verùm etiam in primis viis continentur, evacuentur.

29. Primis vijs evacuatis, purgantia, præmiſſis concoquentibus, incidentibus & aperientibus medicamentis, exhibenda.

30. Confortatio autem viſcerum eſt neceſſaria in hydrope.

31. Omnia medicamenta, quæ in hoc affectu exhibentur, ſint benè pulveriſata, ut faciliùs ad loca læſa penetrent.

32. In anaſarcâ non debemus evacuare cum his, quæ nocent Epati, quia Epar aliàs eſt debile.

33. Non debemus etiam contenti eſſe unâ evacuatione, quia hydrops eſt Chronicus.

34. Si hydrops eſt à menſium ſuppreſſione, tunc ea medicamenta, quæ anaſarcæ conveniunt, ſunt ordinanda.

35. Si verò hoc malum à nimio fluxu hæmorrhoidum, aut menſium accidat, quando ſequitur Spirituum diſſipatio & Epatis refrigeratio, in hoc caſu cautè agen-

agendum, nam ea, quæ immodico fluxui proſunt, obſunt anaſarcæ & econtrà, quæ huic proſunt, alteri nocent; Ejus igitur, ex quo plus damni impendet, prima & maxima eſt habenda ratio.

36. Frictiones, thermæ ſulphureæ, aluminoſæ, item ſudorifera peculiariter conferunt, ſicuti etiam diuretica.

37. Epar corroborantia, quæ ſimul humorem peccantem per urinas evacuant, non negligenda.

38. Victus ratio ſit attenuans, calefaciens & exſiccans, imò talis obſervanda, qualis præſcribitur illis, qui decoctum ligni bibunt, in der Holtz-Cur.

39. Semel tantum cibum ſumere in die, eſt optimum ad curam hydropis.

40. Carnes aſſæ potius eligendæ, quàm elixæ.

41. Sitim tolerare, hîc plurimùm confert.

42. Ego in principio hujus morbi multos, præmiſſis præmittendis, decocto rad. Rhaphani ſylveſtris, Pimpinellæ, Cynosbati & Bacc. Juniperi, curavi.

DE ICTERITIA.

V. Aphor. 72.

Οἱ ἰκτερώδεες οὐ πάνυ τι πνευματώδεές εἰσιν.

Aurigino ſi non admodum ventoſi ſunt, ſeu flatuoſi.

[Quia bilis faciens icteritiam (modò flatus non ob ventriculi, inteſtinorum, venarum meſaraicarum imbecillitatem & obſtructionem: ſed à materiâ craſsâ, frigidâ, viſcosâ, humidâ, lentâ, fiant) ratione caloris materiam flatuum, quæ craſſa, ut dictum, diſſipat & genitos diſcutit. Gal. 5. de loc. aff. c. 7. 2. de fac. nat. c. 8. 4. aph. com. 62. & 64. 4. aph. com. 11. 5. aph. com. 41. 4. aphor. com. 73. 6. aph. com. 5.]

Vide aph.	62	ſe.	4	ſub t. de	rel. ſe. ſympt.
	64		4		rel. ſe. ſympt.
	42		6		affect. Epatis.

APHORISMI PRACTICI.

1. Sicut Icteritiæ cauſæ variæ ſunt, *ita* etiam curatio varia.

2. Si cauſa Icteritiæ eſt obſtructio meatus veſiculæ fellis, ex redundantiâ bilis craſſæ, digeſtione & purgatione gene-

generatæ bilis, nec non alteratione Epatis, ut non amplius generet bilem, & non venæ ſectione opus eſt. Hinc Gal. ait. Si morbo regio laborantibus ſangvinem miſeris, extremam, (ante ſequeſtrationem) in perniciem ages.

3. Materia itaque, præmiſſo minorante vel clyſtere obſtruens præparanda. Deinde ne obſtructio ſordidâ colluvie in venas Epatis rapta augeatur, non fortioribus, ſed mitioribus medicamentis evacuanda, & hoc per vices faciendum.

4. Ubi verò Icteritia eſt à caliditate, aut inflammatione Epatis, & plethora ſimul adſit, vena omninò, præmiſſo enemate, ſecanda; ſangvis autem non repentè, ſed ſucceſſivè emittendus, ne vires proſternantur, vel Epatis obſtructio augeatur & abſceſſus cauſetur.

5. In Ictero cum febre acutâ critico naturam non impedire, ſed alexipharmacis, humectantibus, refrigerantibus alijs adjuvare debemus.

6. Ubi autem in febribus Icterus ſymptomaticus apparet, febris curanda, hâc curatâ tollitur icterus.

7. Si Icterus eſt à morſu venenati a-
nimalis, locis demorſis Theriaca ſta-
tim apponatur,& alexipharmaca pati-
enti, ut Th. Mithridatium, Lapis Be-
zoar &c. dentur.

8. Si à veneno epoto, prædicta alexi-
pharmaca dentur.

9. Vomitus in principio provoce-
tur.

10. Sudorifera exhibeantur.

11. Vena autem nullo modo ſece-
tur, niſi quando venenum jam diſper-
ſum eſt per totum corpus, & Alexi-
pharmacorum uſus continuetur.

12. In ſummâ, fiat in Icteritiâ medi-
camentis appropriatis alteratio & con-
fortatio medij & infimi ventris viſce-
rum, nec non accidentium correctio.

13. Patiens, quamdiu habet fœdum
colorem, habeat beneficium alvi, bilis
enim eſt cauſa excretionis.

14. In Icteritiâ vitanda eſt nimia re-
pletio, imprimis cibi obſtructiones
cauſantes.

15. Ultimò frictiones, Balnea, quan-
do vitium in habitu tantum corporis
inſidet, proſunt.

DE

DE AFFECTIONE HYPOCHONDRIACA.

Vide aph.	64	ſect.	4	ſub t. de	rel. f. ſymp.
	73		4		rel. f. ſymp.
	65		5		feb. longis.
	40		6		rel. f. ſymp.

1. Hæc affectio, tanquam miſerabile Medicorum etiam exercitatiſſimorū, & ratione cognitionis, & curationis, tormentum; nomen ab Hypochondrijs duobus accepit; quæ partes utrimque ſpurijs, ſive nothis coſtis thoracis ſunt ſubditæ.

2. Græcis Doctoribus φυσώδεις καὶ ὑποχονδριακόν, Latinis, hos ſecutis, morbus flatuoſus, flatulentus, præcordialis; nec non paſſio meſenterica appellatur. Galen. 3. de loc. affect. c. 7. & 5. eiusdem c. 6. 2. de cauſ. ſymptom. c. ultimo.

3. Arabes, ut apud Avicennam Medicum Mauritanum eſt, Mirachiam, ſive Mirachialem; Meſentericam, ut ſuprà dictum; Germani; die Wind-oder Blåſt Kranckheit / oder Wind Melancholey / vocant.

4. In ſummâ, tot nomina & ſpecies

habet, quot partes, ſive viſcera infimi ventris. Vide Avicenn. Fen. 1. Tract. 4. cap. 18. Plater. tractatu praxeos 2. cap. 10. Item Petrum Salium, Sennertum & Matthæum Martini.

5. Hoc malum pro partium, ſive viſcerum ſitu variat. Nam in dextro latere grave eſt, in ſiniſtro gravius: in utroque verò graviſſimum. Inprimis quando ad atræ bilis naturam humores accedunt, & ſimul in vaſis & viſceribus hærent, graviſſimum.

6. Deinde mares hac affectione faciliùs plerumque, quàm fœminæ, corripiuntur. Fœminæ enim ſunt humidiores, & menſibus multi pravi humores evacuantur. Quando verò hoc malo corripiuntur; difficulter ob cauſam præcedentem vehementem curantur. Sicuti ego Comitiſſam à M. hac affectione: (nimirum hyſtericâ) laborantem, non absque ſummo labore, curavi.

7. Cauſſas quod attinet, variæ ſunt. Primò imbecillitas viſcerum & vaſorum,

ſorum, quæ vel jure nativo, id eſt, hæreditario, vel jure aſcititio, huic malo cauſam præbent.

8. Jure nativo; ut, qui ex parentibus hypochondriacis geniti ſunt: Item, ij, qui macilento, denſo, hirſuto corporis habitu ſunt præditi. Galen. lib. 2. de temp. cap. ultimo. Item Artis parvæ comm. 59. 6. Aphoriſm. com. 26.

9. Jure aſcititio malum hoc duplici modo cauſſatur & conſervatur; Cauſſis nimirum externis & internis.

10. Externæ cauſſæ ſunt Res non naturales, ut: aëris immoderata conſtitutio, alimenta nimis calida, acria, ſalſa, craſſa, viſcida, flatulenta; potus immodicus, craſſus, fæculentus; motus à cibo vehemens; alvus obſtructa; conſvetæ evacuationis ſuppreſſio; animi accidentia; Ira, triſtitia, lucubrationes nocturnæ nimiæ.

11. Huc etiam pertinent cauſſæ evidentes, id eſt, non neceſſariæ, ut exercitia valida à cibo ſumto, equitatio, curſus, geſtatio laborioſa, Veneris

neris uſus nimio plus exſiccans, medicamenta calidiora, aſtrictiora, ſomnus prolixus, frigus &c.

12. Internas cauſſas quod attinet, ſunt eæ duplices; Generantes & Continentes.

13. Generantes ſunt partes nutritioni, aut procreationi inſervientes, ut viſcera primæ & ſecundæ coctionis, id eſt χυλώσει καὶ αἱματώσει inſervientia, nimirum ventriculus, inteſtina, epar, lien &c.

14. Cauſſæ continentes ſunt Rami Venæ Portæ, Arteriæ Cœliacæ, *Meſentericæ*, vaſa ſpermatica, uterus & *aliæ* cavitates infimi ventris.

15. Quando itaque prædictorum viſcerum & vaſorum actiones jure nativo, vel aſcititio læduntur, aut facultates labefactantur, tunc lieni & epati nec chylum bonum ventriculus, nec lien & epar ventriculo, aut alijs viſceribus, bonum nutrimentum ſuppeditare poſſunt; unde pro ciborum varietate & qualitate varij generantur humores, ut pituitoſi, bilioſi, aduſti, lancholici, qui quando in venæ portæ, arte-

arteriæ cœliacæ, meſentericæ ramis in hypochondriis, inprimis ſiniſtro, vel duobus, infra ventriculum & lienem collecti, maſſam totam ſangvineam coinquinant, & facultates omnes, aut naturalem, vitalem, animalem peſſundant, varia ſymptomata, pro humorum & vaporum qualitate, & partium diſpoſitione, in qvibus beneficio vaſorum, id eſt, venarum & arteriarum, aut meatuum inſenſibilium feruntur, vel attrahuntur, vel à visceribus transmittuntur; excitant. *Definitio.*

16. Sunt autem inter alia ſymptomata, quæ facultatis naturalis læſionem indicant ſeqventia; ut, ἀπεψία, ventriculi cruditates, ructus acidi, nidoroſi, flatus ob humoris vitioſi ebullitionem copioſi, qui quando in cavitate, ſub diaphragmate ex ventriculi, omenti & viſcerum connexu, ortâ, exitum non habent, varia murmura & ſonitus, rugitus, freqventes fluctuationes, daß mans auch überlauf hören kan/ (tales vocamus ἐγγαστρομύθους &c.) item dolores ventriculi, dorſi, lumborum, anxietatem, anguſtiam circa

præ-

præcordia, æſtus in hypochondriis excitant. Deinde alvus interdum ob viſcoſæ materiæ copiam fit aſtrictior, interdum etiam ob materiæ humidæ, acris, biliosæ, ſalſæ, tartareæ copiam largior &c. Verùm laxa alvus in hoc affectu bonum eſt ſignum.

17. Quando ventriculus crudo, copioſo humore repletus, vomitu patientes continuo plerumque vexantur.

18. Urina redditur etiam varia, tenuis, craſſa, turbulenta, nigra (quæ melior aquosâ, morbum enim ſæpiſſimè ſolvit) rubicunda, pro humoris conditione.

19. Affligunt ſæpè ægros tormina circa umbilicum, inſtar colicæ paſſionis. Hippocr. 4. Aphoriſm. 11. Item in coacis. Fernel. 6. Pathol. 10. Pſeudocolicos ejusmodi dolores nominant, qvi interdum in Paralyſin, Epilepſiam, ſicuti in Moraviâ ſæpiſſimè obſervavi, finiri & terminari ſolent.

20. Accedunt interdum febres lentæ, erraticæ, diuturnæ ſive chronicæ, cognitu difficiles.

21. Inſuper apoſtemata & purulentæ per

tæ per alvum factæ excretiones diuturnæ ſunt, ſicuti ego ipſe ante multos annos in meo corpore expertus ſum; adderem etiam alia exempla, niſi eſſent odioſa.

22. Naſcuntur etiam interdum inde tubercula, ſcrophulæ, alijque tumores ſcirrhoſi, qui contrectantibus Medicis quandoque in abdominis penitioribus deprehenduntur.

23. Quando prædicti humores in meſenterio &c. collecti à calore præter naturam & igneo quaſi reſolvuntur, & vel humores ipſi, vel eorum vapores ad cor aſcendunt, palpitationes cordis, ſyncopen, dyspnœam, difficilem reſpirationem &c. excitant.

Vitalis facultatis læſæ ſymptomata.

24. Si ad caput aſcendunt, dolores capitis, vertiginem, quæ, ſi chronica, periculoſa, interdum ſequuntur inſomnia terroris plena, ſomnus perturbatus, caligo oculorum, tinnitus aurium, incubus, qui affectus ἐφιάλτης vocatur ab ἐφιάλλεσθαι, id eſt, premere, unde nonnulli patientes, qui hoc affectu laborant, exiſtimant, ſe nocturno tempore in lecto premi à ſagis vel venefi-

Animalis facultatis læſa & ſeſuum internorũ ſymptomata, & cerebri.

neficis, wollen bißweilen ſchreien/ vnd können nicht. Verùm hæc reſpirationis offenſio & interceptio vocis, corporisque oppreſſio, ſeu motus impedimentũ cum falſo inſomnio ponderis thoraci incumbentis eſt à vapore craſſo, poſteriora cerebri potiſſimùm obſtruente, ut ſpiritus animales ad liberam reſpirationem, vocem & motum edendum prodire nequeant. Vide Sennertum & cæteros.

25. Præterea quando humor, vel vapor vi narcoticâ præditus ſoporem cum varijs inſomnijs cauſſare ſolet, item ſoporem dæmoniacum, qui nihil aliud eſt, quàm ſopor ſagarum, in quo ſe per aërem ferri, ſvaviter victitare, choreas ducere, & cum dæmone congredi putant, & vigilantes in eodem errore permanent.

26. In nonnullis patientibus triſtitiam, metum, delirium, melancholiam per conſenſum, item melancholiam Hypochondriacam excitant: ſunt, qui falſas habent imaginationes, ſibi à varijs morbis metuunt, ab Epilepſiâ, Apoplexiâ, phthiſi, & alijs morbis. Alij ſe fa

ſe faſcinatos, aut mortuos eſſe putant: alij caput, aliaq; membra, neſcio cujus magnitudinis, habere imaginantur. Tandem etiam durante melancholiâ in Maniam abit.

27. Nonnunquam Scorbuti, Hecticæ febris, Cachexiæ, hydropis rudimenta ex hypochondriaco morbo oriuntur.

28. Hic morbus plerumque difficulter curatur, ob ſequentes rationes. 1. quia adeſt viſcerum *ἀντιπεραξία*. 2. adſunt contrariæ indicationes, ob viſcerum & affectuum contrarietatem. Gal. 7. M. M. 12. 1. aphor. 16. 3. Materia peccans plerumque non ſolum in vaſis, ſed etiam in viſceribus, immò ſæpè in cavitate omenti continetur. 4. Interdum etiam in habitum degenerat. 5. Ægri ſæpiſſimè in continuandis medicamentis ſunt inobedientes.

29. Tria autem medicus in curatione hujus morbi conſiderare debet: Chirurgiam, Uſum medicamentorum & Diætam.

30. Quia cauſſa principalis neutiquam ſangvis eſt; vena non aperienda. Galen. lib. quos & quando purgare oportet.

Item lib.de ſangvinis miſſione. Econ-
trà ubi φλόγωσις meſenterij, aliorumq;
viſcerum adeſt, vena aliqua juxta po-
plitem, talum, vel magnum pedis digi-
tum, interdum etiam vena aliqua bra-
chij incidenda, at ſangvis parcè detra-
hendus.
31. Hæmorrhoidum apertio in ho
affectu valdè prodeſt. Eſt enim com-
modiſſima & breviſſima via ad collu-
viem humorum meſenterij deturban-
dam. Gal.de atrâ bile.c.4. 4.aphoriſm
24. 6. Epidem. c. 5. p. 25. 12. M. M.c.8
Paul.lib.3. cap. de melancholiâ & Avi-
cenn.Fen.1. Tract.4.c.de melanch.
32. Cucurbitulæ etiam circa lumbo
& ſupra genu applicatæ multùm ju-
vant.
33. Pharmaca quod attinet, forti
non exhibenda. His enim vitioſi hu-
mores ad primas vias trahuntur, hin
plus nocent quàm proſunt.
34. Purgantia duplicia, ea nimirum
quæ per os aſſumuntur, & quæ per en-
emata injiciuntur.
35. Vomitus, ut, ſi quid pituitæ & ex-
crementitiæ materiæ in ventriculo, ve
pr

primis vijs hæreat, in principio morbi ſæpè utilis; verùm vomitoria non ſint fortia, id eſt, Elleborata, antimoniata, mercurialia; ſed lenia.

36. Medicamentorũ tam ſimplicium, quàm compoſitorum apud Autores contra hunc affectum magnus cumulus invenitur, ex quibus variæ poſſunt fingi formulæ: Liqvida tamen forma ſolidæ ſemper anteponenda, quia materia peccans non in remotis, ſed vicinis partibus hæret.

37. Ubi autem neceſſitas & ἰδιοσυγκρασία patientis ſolidam poſcit formulã, absq; correctione tale medicamentum non exhibendum: nimirũ ante medicamẽti ſolidi ſumtionem juſculum dandum.

38. Materia peccãs, quia plerunq; viſcoſa, craſſa, cruda, aduſta absq; præparatione, attenuantibus, digerentibus, incidentibus, alterantibus &c. medicamentis, (habitâ tamen ratione viſcerum) non evacuanda.

39. Præparatione præmiſsâ, purgantia exhibenda & ſic alternatim progrediendum, donec corpus expurgatum fuerit. A fortibus tamen (niſi humor

craſſior & viſcerum intemperies cali
da minor ſit) ſemper abſtinendum; n
his ventriculus, qui in hac affectione
aliàs debilis, magis debilitetur.

40. Et, ne Calor viſcerum poſt ſum
tum purgans augeatur; utile eſt paulò
antè cibum bonum hauſtum ſeri ca-
prini, abſterſionis & alterationis gra
tiâ ſumere.

41. Nonnulli vehiculi & correctio
nis cauſsâ aliquid emulſionis ex ſem
quatuor frigidis majoribus, ſeu deco-
cto Glyzerizæ, Saſſafras, R. Scorzone
ræ, ſem. Coriandri, adjiciunt.

42. Extractum Veronicæ, item Car-
dui benedicti ſeri frigiditatem etiam
coërcet. In ſummâ, in hac affectione
ſemper ea quæ humectandi & alteran
di vim habent, non negligenda.

43. Purgantibus interdum etiam al-
terantia & præparantia admiſcenda
eaque ſæpiùs, ut dictum eſt, repetenda
Morbus enim non omnis ſemper ad
eò levis eſt, ut confeſtim medicamen-
tis cedat. Hippocr. l. 2. aphor. 52. &
Gal. l. 3. de temperam. & 3. de ſimpl
medic. facult. guttæ aquæ exemplo do
cet

cet. Gutta enim cavat lapidem, non bis, ſed ſæpè cadendo; & mollior aſſiduis ſaxum cavat uſibus unda. Proindè non temerè ad alia atque alia medicamenta transeundum, dum manet id quod à principio viſum eſt.

44. Si humores partibus tenaciter adhæreant, ut validioribus detergentibus & attenuantibus opus ſit; ad Chalybeata confugiendum, ex quo formulæ variæ confici poſſunt, ſicuti tales paſſim plurimæ extant, ut ſunt Electuaria, pulveres, ſyrupi &c.

45. Prodeſt etiam Theriaca, Mitridatium, ol. ex ſcoriâ ferri; Item ol. Vitrioli, Spiritus tartari, Salis &c.

46. Theriaca & acidulæ in hac affectione ſæpè, præmiſſis præmittendis, profuêre. Item frictiones, ſudorifera, nec non diuretica; non nimis calida, ut ſeroſus humor evacuetur, inprimis diuretica (licet nonnulli contrarium ſtatuant) interdum dextrè adhibita non nocent. Natura enim ſæpè varias vias quærit, per quas materiam vitioſam educit; hinc Galen. 3. ad Glaucon. c. 2. renes & lienem per urinas ex-

purgari docet; & via non longa eſt, nimirum à liene per arteriam cœliacam ad arterias emulgentes, ab his ad renes, à renibus ad ureteres & veſicam. Ego ante aliquot annos Baronem hac affectione laborantem curavi, qui non ſolùm in magnâ copiâ excrementa nigerrima, inſtar Rob Sambuci, excrevit, ſed etiam ſæpè urinas ejusdem coloris eminxit, &, Deo ſit laus, ſanus factus eſt.

47. Externa medicamenta etiam non negligenda, ut ſunt fomentationes, ungventa, Emplaſtra, & quæ pro indicationum & circumſtantiarum varietate conſcribi & mutari poſſunt.

48. Cauteria, in hoc affectu ſupra & infra genu impreſsa, valdè proſunt.

49. Sunt etiam remedia, quæ occultâ qualitate contra hunc morbum pugnant; ut Jecur Vulpinum, vermes terreſtres, lien aſini, cinis veſpertilionum. Ex lapidibus Chelidonius & Chalcedonius, &c. Item Rad. Enulæ & Borraginis non infimum locum tenent, id quod Græcorum nomina

νηπένθες καὶ εὐφρόσυνον, qvibus donata ſunt, ſatis docent.

50. In curatione hujus morbi ſæpè quies interponenda. Quieſcente enim curâ ſæpè multos curatos fuiſſe obſervatum eſt.

51. Diætam quod attinet, ejus in hoc morbo diligens cura haberi debet. Fruſtra enim omnia medicamenta absque hac uſurpantur.

52. Aër ſit purus.

53. Cibi ſint moderati, boni ſucci & facilis concoctionis, non nimis calidi, ſicci, non viſcidi, craſſi, non flatulenti, non acres, qui viſcerum intemperiem augere, humores ampliùs adurere, & obſtructiones cauſſare poſſint.

54 Dulcia & pingvia omnia, quia facilè in bilem vertuntur, fugienda.

55. Panis ſit albus, dulcis, non nimis ſale & fermento paratus.

56. Inter carnes probantur hœdinæ, agnina, vitulina, Caponis, harumque juſcula, perdices, aves ſilveſtres, montanæ, attagenæ, palumbi, alaudæ, merulæ &c.

57. Econtra nocivæ ſunt bubulæ (exceptis harum juſculis) hirci, arietis, apri, cervi, leporis, præſertim ſi aſſatur; Item capita, lactes, viſcera, pedes animalium.

58. Ova etiam frixa, dura, placentæ ex his factæ.

59. Item pulmenta ex piſis, leguminibus facta non proſunt.

60. Piſces, ſint lupi, funduli, percæ, & qui non in ſtagnis, ſed aqvis ſaxatilibus degunt, concedi poſſunt.

61. Econtrà carpiones, angvillæ, tenchæ, in ſummâ omnes piſces viſcidi, maritimi, balenæ, Sturiones, ſaliti, fumo indurati, duri, pingves, fugiendi.

62. Ex fructibus proſunt pruna damaſcena, Ungarica, uvæ paſſæ & penſiles, poma dulcia, Borsdorfiana, amygdalæ, pineæ, cappares. Rad. Aſparagi, petroſelini, paſtinacæ.

63. E leguminibus, hordeum & avenam laudant &c.

64. Lac, & omnia lacticinia, nec non braſſicæ muria &c. nocent.

65. Menſæ ſecundæ abſint, præter paſ-

paſſulas, Amygd. ſem. Coriandri, fœniculi, aniſi ſaccharo incruſtata.

66. In ſummâ, nimia alimentorum ingeſtio & varietas ciborum hypochondriaco peſtilens, peſtilentior condimentorum. Pertinaces enim in Meſenterio gignit infarctus.

67. Simpliciſſimus ergo cibus, humidus, modicus, alvum ſubducens, ſaluberrimus. In ſummâ, qui ſimpliciter edit, & ſimpliciter credit, ille benè edit & credit.

68. Potus ſit tenuis, & benè defæcata cereviſia, vel vinum benè dilutum, album diureticum, Neccarinum. Exulet autem malvaticum, & in ſummâ omne prædulce, nigrum, & quod novum, vinum vel muſtum. Humores enim accendit, obſtructiones parit, & quæ in imo hærent corpore, facilè ſecum in caput evocat.

69. Repletio, ut ſupra dictum, vitetur, quia flatus generat.

70. Alvus ſua excrementa quotidie deponat, ſi officium non faciat, ut in hypochondriacis ſolenne eſt, Clyſmate, vel ſuppoſitorio &c. aperiatur.

71. Sicuti ſomnus mediocris confer
ita immodicus reddit corpora redun
dantia noxijs humoribus,ſegnia,pigr
lenta,& celeritatem mentis tardat.
72. Vigiliæ nimiæ nocent.
73. Exercitium moderatum & tem
peſtivum ſit. Hinc Gal. ait lib. de ſucco
rum bonitate, quod ne ægrotaturus ſi
quidem omninò aliquis, qui, ne crud
tate laboret, curam geſſerit, nec com
motionem à cibo vehementem ag
greſſus fuerit.
74. Venus moderata & ex longo inter
vallo adhibeatur, immoderata hypo
chondriacis inimica; immò venenum
Vide Galen. lib. de ſem. ad finem lib.
de ſanitate tuendâ. 6. de morbis popu
c.6. 3. de morbis popul.
75. Denique cùm maxima perturba
tionum animi vis ſit in alterando cor
pore, ut Galen. artis medic. c. 85. lib.5
de ſymptom. cauſſis c. 5. debent ab æ
gris & medicis arceri & corrigi. Ideoq
diligenter cavendum erit ab irâ, invi
diâ, mæſtitiâ, curâ, lucubrationibus
præſertim à cœnâ. In curis autem pel
lendis, amici multum præſtant, alea, lu
ſu

ſus chartæ; Muſica tamen ſola palmam arripere videtur. Incredibili enim modo animum recreat &c. ſed hæc de hac affectione dixiſſe ſufficiant.

DE AFFECTIBUS SPLENIS ſive LIENIS.

Vide aph.	22	ſe.	3	ſub t. de	fe. qvartanâ.
	43		6		profluv. alvi.
	48		6		profluv. alvi.

APHORISMI PRACTICI.

1. Curatio morborum Lienis à morborum Epatis curatione parum differt, exceptis roborantibus, quibus magis indiget, quia ſubſtantia lienis rara & actio quoque ejus toti corpori, & valdè neceſſaria. Ideoq; curſoribus, ut vulgus putat, absq; periculo vitæ excindi non poteſt.

2. Dolor cum intemperie lienis ſine materiâ, curatur alterantibus.

3. Si cum materiâ, præparanda & plethora per ſeceſſum evacuanda, meliùs autem per ſeceſſum evacuatur, quàm per alias vias.

4. Splenetica medicamẽta debent eſſe fortia & qualitate & quantitate, humor enim difficillimè evellitur. Deinde quò lon-

longiùs diſtant à ventriculo partes medicandæ, eò fortioribus indigent medicamentis, admiſcenda tamen reſolutivis remollitiva, interdum etiam aſtringentia propter viſceris laxitatem ne indureſcat lien.

5. Valentiora etiam eſſe debent splenis medicamenta, quàm Epatis, ob excrementi & humoris craſſitiem, quem continet. ſed cavendum, ne Epar his aliquid damni patiatur.

6. Si dolor eſt à flatibus, diſcutiendi.

7. Practici nonnulli ſalvatellam in ſplenis affectu, ubi plethora, aperiri curant. Verùm quia nulla ſympathia inter cubitum & ſplenem eſt, neque ulla propago venarum venæ cavæ irrigat ſplenem, ſectio ſalvatellæ lieni non per ſe, ſed per conſenſum prodeſt. Quia quando ſvaviſſimâ illâ evacuatione Epar ſublevatur, tunc omnia viſcera ratione ramorum venæ cavæ emolumentum hauriunt.

8. Vena ergo aliqua, revulſionis gratiâ, in pede ſecanda, aut hæmorrhoides aperiantur, vel cucurbitulæ natibus apponantur, quia imbuuntur venis

por-

portæ, quæ ſplenem reſpiciunt.

9. Medicamentis Spleneticis ſemper acetum admiſcendum, penetrationis gratiâ.

10. Cum obſtructio parva, ſufficit victus ratio attenuans & incidens.

11. In inflatione cauſa flatuum, quæ eſt viſcoſa, melancholica, præmiſſis præparantibus, evacuanda, deinde flatus diſcutiendi.

12. In pertinaciſſimis obſtructionibus, præmiſſis præmittendis, acidulæ, thermæ maximè conveniunt, ſicuti in quartanâ febri & malo hypochondriaco.

13. Calidorum & exſiccantium uſus ſit moderatus, ne duritiem lienis cauſent, ſint autem incidentia & nonnihil ſtyptica.

14. In ſcirrho lienis ea medicamenta, quæ in hujus obſtructione præſcribuntur, conveniunt.

15. In obſtructione & duritie lienis primò interna medicamenta, quæ vim incidendi, detergẽdi, meatus aperiẽdi, duritiem emolliendi, & materiam per epicraſin evacuandi & ſplenem robo-

ran-

randi habent, præmiſſo tamen enema-
te, ut medicamenta ad lienem perve-
nire poſſint. Deinde cùm talia no
ſufficiunt, externa, fomentationes
Empl. Cataplasmata &c. applicanda.
16. Quia ejusmodi humor plerum
que pertinax, medicamenta prædict
repetenda & pro re natâ mutanda, ve
ad tempus intermittenda.
17. Scirrhus confirmatus difficulte
vel nunquam curatur. Hinc quand
fæculentus, ſive melancholicus hu
mor à ſangvine ob lienis duritiem no
poteſt ſecerni, ſequitur hydrops, tabe
συύτηξις, id eſt, colliquatio, & tanden
mors. Ego ſcirrhum incipientem i
quodam rei frumētariæ præfecto He
riedenſi curavi, qui poſt curationen
Eichſtadij ad rogum propter venef
cium damnatus & ſic perfectè curatu
fuit.
18. In ſcirrho lienis ſolutiva & diuret
ca ante uſum emollientium nunquan
conveniunt.
19. In apoſtematibus lienis & Epati
calida cautè applicanda, ne apoſtem
ad duritiem permutetur.
20. I

20. In ulceribus lienis pus per ſeceſſum & per urinam evacuetur. Expurgatio autem puris per urinam fit per arteriam cœliacam ad arteriæ magnæ truncum, & hinc ad emulgentes arterias, ab his per ureteres in veſicam; pure evacuato ulcus abſtergatur & conſolidetur.

21. Victus ratio ſit attenuans, non nimis calida, ſed moderata, cibi boni ſucci ſint, econtrà carnes duræ & fumo induratæ, ſicuti piſces viſcoſi omniaque dulcia, quia obſtruunt & lienem facilè intumeſcere faciunt, omniaque flatulenta, ſtyptica, frigida, groſsa fugienda.

22. Icteritia nigra, quam dolor compreſſivus cordis, appetitus dejectus, febris lenta, alvus conſtipata, nec non virium ſumma dejectio & color in toto corpore & oculis niger plerumque denotant, curatur alterantibus, deoppilativis & evacuantibus humorem melancholicum, qui cauſa hujus affectus, ad quem omnis cura dirigenda.

23. Diaphoretica Balnea in hoc affectu non nocent.

DE

DE AFFECTIBUS RENUM.

IV. Aphor. 75.

Ἢν αἷμα, ἢ πύον οὐρέῃ, τῶν νεφρῶν, ἢ τῆς κύστιος ἕλκωσιν σημαίνει.

Si quis ſanguinem, aut pus mingat, renum, aut veſicæ exulcerationem ſignificat.

[Si à veſicâ, dolor in pectine percipitur, ſi à renibus, in lumbis dolor pulſatilis ſentitur, exit tamen interdum etiam pus cum urinâ, quando abſceſſus nimirum in aliquo viſcere ſuperiori, ut in epate, pulmonibus, membranâ coſtas ſuccingente &c. diruptus eſt.
Gal.6. & 9. de locis aff. 4. Gal. in com. Celſ. l. 2. c. 7. Gal. 6. aph. com. 16. 4. aph. 80. 3. aphor. 20. 7. aph. 15. 4. aphor. 78. & 84. 1. progn. 64.]

IV. Aphor. 76.

Ὁκόσοισιν ἐν τῷ οὔρῳ παχεῖ ἐόντι σαρκία σμικρὰ, ἢ ὥσπερ τρίχες συνεξέρχονται, τουτέοισι ἀπὸ τῶν νεφρῶν ἐκκρίνεται.

Quibus cum urinâ craßâ carunculæ parvæ, aut veluti capilli unà exeunt, iis à renibus excernantur.

[Carunculæ cum urinâ exeuntes, renum

num partes, ob vehementem ulceris eroſionem, avulſas eſſe ſignificant: capillos verò ex craſſo humore in venis coacervari, & in meatibus renum conſiſtentiam accipere, nemo dubitat. Celſ. l. 2. c. 7. Gal. in com. 6. de locis affect. c. 3. Hipp. lib. de nat. hom. 2. aph. 54. 4. aph. 69.]

IV. Aphor. 78.

Ὁκόσοι ἀπὸ ταὐτομάτου αἷμα οὐρέουσι, τουτέοισιν ἀπὸ τῶν νεφρῶν φλεβίου ῥῆξιν σημαίνει.

Quicunque ſpontè vel repentè ſangvinem mingunt, his in renibus venulæ rupturam ſignificat.

[Renes aliàs ex diverſis cauſis urinam cruentam excernunt, aut propter renum imbecillitatem, aut propter oſculorum ex venâ cavâ amplitudinem, aut propter eroſionem ab acribus humoribus factam. Quando autem cum urinâ ſangvis repentè, ut præſens aphoriſmus docet, excernitur, venulæ ruptionem ſignificat. Gal. in com. 1. aphor. 2. 4. aph. 2. 8. de uſ. part. 5. 3. aphor. 5.]

VII. Aphor. 34.

Ὁκόσοισι δὲ ἐν τοῖσιν οὔροισιν ἐφίςαντ
πομφόλυγες, νεφριτικὰ σημαίνουσιν, καὶ μ
κρὴν ἀῤῥωςίην ἔσεσθαι.

*Quibus in urinis bullæ inſident, morbu
renalem & ægritudinem longam fore
gnificat.*

[Bullæ in urinis fiunt à viſcoſis h
moribus & flatuoſis ſpiritibus, & qu
viſcoſiores humores, eò ſtabiliores ur
næ: Et tales urinæ denotant renum
frigidam & longam ægritudinem
cujus cauſa difficulter coquitur, atq
ſic diu durat. Galen. in com. 7. apho
com. 34. 2. aph. 40. lib. de fœt. format

VII. Aphor. 35.

Ὁκόσοισι δὲ λιπαρὴ ἡ ἐπίςασις καὶ ἀθρό
τοῦ οὔροισιν νεφριτικὰ καὶ ὀξέα σημαίνει.

*Quibus pingvedo in urinis conferti
conſiſtit in ſummo, iis nephriticum & qu
dem acutum morbum adeſſe ſignificat.*

[Hoc fit ob adipis renum diſſolu
tionem. Galen. in com. 2. aphor. con
23.] Lib. 2. progn. 35.

VII. A

VII. Aphor. 36.

Ὁκόσοισι δὲ νεφριτικοῖσιν ἐοῦσι τὰ προειρημένα συμβαίνει σημεῖα, πόνοι τε περὶ τοὺς μύας τοὺς ῥαχιαίους γίνονται. ἢν μὲν περὶ τοὺς ἔξω τόπους γίνωνται, ἀπόστημα προσδέχου ἐσόμενον ἔξω. ἢν δὲ μᾶλλον οἱ πόνοι πρὸς τοὺς ἔσω τόπους γίνονται, καὶ τὸ ἀπόστημα προσδέχου ἐσόμενον μᾶλλον ἔσω.

Si quibus verò nephriticis præter ſupradicta ſigna & dolores circa ſpinæ muſculos fiunt, ſiquidem ad exteriora fiant, abſceſſum quoque exteriùs futurum expecta. Si verò ad interiora magis dolores vergant, introrſus etiam abſceſſum futurum potiùs expecta.

[Ergo doloris cauſa non eſt intemperies, aut flatus, ſed humor calidus: qui quando ad aliquam corporis partem, ſive interiorem, ſive exteriorem fluit, tunc ibi abſceſſum facit. Galen. in com. 3. M. M. 4. 5. aph. com. 53.]

APHORISMI PRACTICI.

1. Intemperies renum contrarijs alterantibus curatur.
2. In dolore & debilitate renũ ſola alterantia & anodyna ſtyptica conveniunt.

3. In calculo renum fortia purgantia nocent.

4. Alvus propter quotidianam humorum multiplicationem ſit laxa, ut materia, quæ calculo generando apta, maturè evacuetur, quod fieri etiam poteſt per vomitum.

5. Medicamenta calculo convenientiora ſunt, in ſubſtantiâ liquidâ quàm ſolidâ, quia melius influunt & penetrant.

6. Debent aſſumi jejuno ventriculo, & cibis non commiſceri.

7. Materia viſcoſa in renibus contenta primò incidentibus, quæ ſimul vim habent evacuandi & detergendi, deinde diureticis tollitur.

8. Si viæ à gibbâ Epatis, per quas defertur urina, nimis dilatentur, à diureticis & apertivis abſtinendum. Econtrà medicamentis, nec non cibis & potibus confortantibus utendum.

9. Omnis potus turbidus, ſive ſit vinum, ſive cereviſia, calculoſis nocet; renes enim obſtruit, & generationem calculi adjuvat.

10. In principio, ſi ſit plethora in toto cor-

corpore, vena brachij aperienda, quando autem circa partem affectam plenitudo obſervatur, in pollice pedis, vel poplite ſecanda.

11. His ita præmiſſis, calculi excretionē adjuvāt & dolores leniunt Balneum ex lacte paratū, Balneum aq. dulcis, emollientia, laxantia, ut clyſteres, fomenta, linimenta, vngventa, Emplaſtra, Cataplaſmata.

12. Si dolor valde urgeat, Laudani opiati gr. iij. ubi reliqua medicamenta nihil proficiunt, aut calculus adhuc in renibus & non in ureteribus hæret, in liquore appropriato, ut Malvatico, vino ſimpl. aq. petroſ. flor. acatiæ &c. exhibenda.

13. In principio inflammationis Renum ſangvis revellendus, derivandus, discutiendus, vena ergo cubiti aperienda, ſi hæmorrhoides aperirentur, bonum eſſet, quod niſi fiat, hirudines applicari poſſunt, item frictiones, cucurbitulæ natibus & coxis affixæ conveniunt.

14. Fortia medicamenta valdè nocent; econtrà lenientia, quæ ſimul fer-

vorem ſangvinis, nec non dolorem & calorem leniunt, proſunt. Quando autem inflammationem ſuppuratio ſequitur, cathartica acria, vehementia & clyſteres acres ſunt vitandi, ne humores attracti ad inteſtina renes gravent.

15. Econtrà lenientia pharmaca & clyſteres, ut dictum, proſunt.

16. Diuretica in apoſtemate renum nondum rupto nocent, in maturo proſunt, quia purulenta materia his per urinam evacuatur.

17. Deinde detergentia interna ordinanda, apoſtemate deterſo & mundato, conſolidantia exhibenda.

18. In apoſtematibus renum tenui victu utendum, quia absque diætâ conveniente abſceſſus renum difficulter curatur; Parcitas etiam ciborum & potuum, inprimis, quando redundant humores aquoſi, adhibenda.

19. Acria, ſalſa, acetoſa, ſunt vitanda, quia humores & urinæ acriores redduntur.

Ulcera renum. 20. Ulcera renum citò curanda ſunt, quia quando inveteraſcunt & pus fit virulentum, nunquam curantur.

21. Vo-

21. Vomitus non nocet.

22. Evacuatio, quæ fit venæſectione & lenibus purgantibus, multum juvat, malitia enim humoris his corrigitur.

23. Dolor in renum ulceribus mitigandus.

24. Ulcera lenioribus diureticis abstergenda, deinde conſolidanda.

25. Diæta optima non negligenda, cibi eligendi, qui ſimul leniunt dolorem & ulcus abſtergunt.

26. Multus potus vitandus, ne frequens fiat mictus; in ſummâ, omnis exceſſus cibi & potus in hoc affectu, imprimis vini, vitandus.

27. Superfluus coitus, labor & nimius motus nocent, ſine quiete enim ulcera ejusmodi non ſanantur. *Dolor Nephriticus.*

28. In dolore Nephritico, ſi dolor acutus & ferè intolerabilis & ob ſangvinis ad renes affluxum inflammatio metuenda, & plethora etiam adſit, vena brachij revulſionis, vena verò ſuper pollice dextro, ſi dolor in dextro rene, ſi in ſiniſtro, ſuper pollice ſiniſtro derivationis gratiâ ſecanda.

29. Clyſter emolliens & dolorem l
niens inijciendus & quidem non ſ
mel, ſed ſæpiùs.

30 Vomitus ad præſervationem &
curationem calculi (ut ſupra dictum
plurimum facit , ideoque non com
peſcendus vel cohibendus.

31. Materia viſcoſa in renibus con
tenta primò incidentibus, deinde pur
gantibus blandis, fortia enim dolorem
calculi materiam & obſtructiones au
gent. Tertiò diureticis tollitur.

32. Alvus ſemper ſit laxa, quia huju
conſtipatio multum ad calculi in reni
bus generationem facit.

33. His ita præmiſſis, frangentia cal-
culum præſcribenda.

34. Ante uſum autem medicamen-
torum frangentium & deturbantium
à renibus calculum emollientibus u-
tendum.

35. Victus ratio tenuis & attenuans
ſit, ne humoribus craſſis meatus urina-
les obſtruantur, qui deinde calculi ge-
nerationi cauſſam præbent.

36. Patiens veſcatur cibis boni ſucci,
facilis coctionis, fugiat omnia acria,
ſal-

ſalſa, acetoſa, amara, vinum ſit tenue, cerevisia benè defæcata, potus non ſit nimius.

37. Omnis motus vehemens vitandus, Venus etiam immodica nocet &c.

38. In Diabete ſtatim medicamenta exhibenda, quia hominem ſæpè ob ſummam totius corporis, imprimis Epatis & renum, nec non generis venoſi caliditatem in tabem & tandem mortem deducit. Ego ruſticum, qui hoc affectu poſt febrem ardentem correptus fuit, medicamentis refrigerantibus & humectantibus, quibus aſtringentia & corroborantia admiſcebam, feliciſſimè curavi, inter alia autem medicamenta ordinavi ipſi Emplaſtrum, quo totum corpus involvebam, quod benè profuit. *Diabetes.*

39. Temperies itaque viſcerum & venoſi generis in hoc affectu calida & ſicca corrigenda, deinde facultas retentrix corroboranda.

40. Ubi vires dejectæ ob morbum præcedentem, magna remedia hîc locum non habent.

41. Vomitus tamen revulſionis gra-

tiâ poſt multum potum non vehemens convenit.

42. Sitis totaliter vitanda, oleum enim igni addere non debemus.

43. Quia alvus plerumque ob nimiam renum attractionem exiccatur, ea clyſtere, vel Enemate emolliente humectanda & refrigeranda.

44. Victus ratio ſit humectans, refrigerans. Convenit ergò cremor hordei, avenæ, prodeſt etiam oryza, item cibi tardioris coctionis & quæ caliditatem alterant &c.

45. Potus ſit vinum non forte, cereviſia clara &c.

DE AFFECTIBUS VESICÆ.

IV. Aphor. 77.

Ὁκόσοισι ἐν τῷ οὔρῳ παχεῖ ἐόντι πιτυρώδεα συνεξουρέεται, τουτέοισιν ἡ κύστις ψωριᾷ.

Quibus in urinâ craſſâ furfuracea unà exeunt, iis veſica ſcabie laborat.

[Abraſionem enim tunicæ veſicæ, quæ nervoſa & pellicoſa, denotant.

Cau-

Cauſæ autem abraſionis eſt, vel calculus aſper, vel humor aliquis acris: quando autem furfuracea urina tenuis exit, indicat venas & totum corpus pati. Econtrà verò furfuracea craſſa veſicam ſcabie laborare indicant. Celſ. lib. 2. c. 4. Gal. in com. Hipp. l. de nat. hom. 2. progn. 28. 5. Epidem. Galen. 1. de comp. med. ſec. loc. c. de furf. 2. M. M. 2. 2. artis curat. ad Glauc.]

IV. Aphor. 79.

Ὁκόσοισιν ἐν τοῖς οὔροισι ψαμμώδεα ὑφίσταται, τουτέοισιν ἡ κύστις λιθιᾷ.

Quibus in urinâ ſubſident arenoſa, his veſica calculo laborat.

[Quando in urinâ arenoſa ſubſident, non ſolum in veſica, ſed etiam in renibus calculi generationem ſignificat. Præterea etiam arenulæ, quæ ad latera matulæ hærent, ſangvinis etiam lenti, ſalſi, in venis & epate adustionem denotant: Galen. in com. 6. de morb. vulg. cap. 3. 1. de fac. aliment. cap. de par. & caſ. libr. de humor.]

IV. A-

IV. Aphor. 81.

Ἢν αἷμα καὶ πύον οὐρέῃ, καὶ λεπίδας, κα[illegible] ὀσμὴ βαρέη ᾖ, τῆς κύστιος ἕλκωσιν σ[illegible] μαίνει.

Si quis ſangvinem, aut pus mingat [illegible] ſquamulas, & gravis odor adſit, veſicæ ex[illegible] ulcerationem ſignificat.

[Sangvinem & pus mingere ve[illegible] mejere, ſunt quidem omnium inſtru[illegible] mentorum urinæ inſervientium ſign[illegible] communia. Odor autem gravis & ſquamulæ ſunt propriè malè affecta[illegible] veſicæ ſigna. Squamulæ enim non ſunt à renibus, nam horum ſubſtanti[illegible] non membranoſa, ſed carnoſa. Dein de odor gravis adeſt, quia veſica eſt ſen tina urinæ, quæ diu in illâ moratur, tanquàm in matulâ, unde putredinem & fœtorem ob partes circumjacentes acquirit. Galen. in com. 4. aphor. com. 75. 7. aphor. com. 45. 76. 3. aphor. com. 5. 5. aphor. com. 22.]

VII. Aphor. 33.

Ὁκόσοισι τὰ διεστηκότα τὰ οὖρα γίνεται, τουτέοισι ταραχὴ ἰσχυρὴ ἐν τῷ σώματι ἐστίν.

Quibus urinæ ſunt diverſæ ſeu diffe-

ren-

ntes, his turbatio vehemens fit in cor-ore.

[Ubi urinæ ſunt diverſæ & differen-es, cauſa morbi adhuc cruda, id eſt, na-ura morbi cauſam, ſive materiam non icit: Ubi verò æquales ſunt, materiæ, ive cauſæ morbi victoriam denotant. Gal. in com.]

VII. Aphor. 48.

Στραγγουρίην καὶ δυσουρίην θώρηξις καὶ φλεβοτομίη λύει· τάμνειν δὲ τὰς εἴσω.

Stranguriam & dyſuriam vini potio & venæſectio ſolvit, incidendæ autem ſunt in-teriores.

[Vini potio ſolvit ſtranguriam & dyſuriam, quando humores craſſi & flatus multi in veſicâ, vel intemperies aliqua frigida. Vinum enim ſuo calo-re frigiditatem & flatus diſcutit, nec non obſtructiones reſerat. Phleboto-mia verò prodeſt, quando adeſt inflam-matio: Venæ ſectio enim refrigerat. Gal. in com. 6. aph. com. 36. 4. aph. com. 1. 3. aph. com. 16. 2. aph. com. 20. l. de cur. per ſangv. miſs. 4. de ſanit. tuend. 3. de rat. vict. c. 1. 2. aph. com. 18.]

Vide

Vide aph. … ſectionis … ſub t. de

Vide aph.	ſectionis	ſub t. de
5	3	aff. aurium.
16	3	febr. longis.
22	3	quartanâ.
26	3	anhelitu.
31	3	Apoplexiâ.
69	4	re. f. ſympt
70	4	
71	4	rel. febr.
72	4	ſympt.
73	4	
74	4	aff. narium
55	4	aff. renum
69	4	re. f. ſympt
76	4	aff. renum
77	4	aff. renum
78	4	aff. renun
22	5	dol. capiti
58	5	ſingultu.
6	6	dol. ventri
18	6	aff. cordis
44	6	re. f. ſymp
31	7	re. f. ſymp
32	7	re. f. ſymp
34	7	aff. renu
40	7	dol. ventr
56	7	aff. ventr

APH

APHORISMI
PRACTICI.

1. Vomitus in calculo veſicæ plurimum facit ad præſervationem. *Calculus Veſicæ.*

2. Prohibeatur generatio calculi, quod fit, quando tenui victus ratione craſſorum & viſcoſorum humorum generatio impeditur.

3. Alvus ſemper ſit laxa.

4. Si calculus ſit friabilis, medicamentis idoneis comminuatur & expellatur. Si verò durus, curandi ratio per ſectionem, præmiſsâ evacuatione &c. inſtituatur; & quidem in principio, ubi vires adhuc validæ & corpus medicamentis varijs non exiccatum, vel atrophiâ conſumptum.

5. Caruncula, quando in meatu urinario naſcitur, præmiſſis præmittendis, decocto appropriato, nimirum ex herb. plantag. centaur. mino. Myrrhâ, Aloë, calce vivâ ſepties lota, Aëris viride aq. plantag. & centau. mino. parato abſumitur.

6. In Apoſtemate veſicæ, præmiſſo enemate remolliente, non attractivo, prodeſt vena brachij incidenda, ut ma-

ut materia in oppoſitam partem trahatur. Deinde evacuantia lenia conveniunt.

7. Emollientia & anodyna Topica, quibus repellentia ſunt admiſta, non nocent.

8. In parvâ humorum abundantiâ proſunt balnea.

9. Syringæ ſeu Catheteris uſus in hoc affectu ſuſpectus, quia dolorem inducit.

10. In ſuppreſſione urinæ cauſſa tollenda, ſive ſit humor acris, pituita ſalſa, pus acre, ab Epate & renibus transmiſſum, item à cereviſiâ recenti, à refrigeratione &c. Deinde urina provocanda, quod ſuppoſitorijs, candelâ cereâ ol. amygd. d. vel lini inunctâ, Enemate emolliente, abſtergentibus, evacuantibus, calefacientibus & alijs fieri poteſt. Verùm æger non multùm bibere debet.

11. Si tumor, ulcus, vulnus in meatu urinario ſuppreſſionem urinę cauſent, curari debet, ut notum.

12. In ſtranguriâ, ſi cauſa eſt humor acris, mordax, præſcribantur Clyſteres

& pur-

& purgationes lenes, aliaque tam interna, quàm externa medicamenta, ut fomentationes, ungventa, Balnea &c. humoris acrimoniam temperantia, ne ulceri cauſam præbeat.

13. Optima victus ratio in hoc affectu multùm valet, proſunt ergo cibi humectantes, refrigerantes, ſi cauſa ſit humor acris, ova recentia, carnes boni ſucci, ſi à refrigeratione, vom böſen Bier / vinum.

Laborioſa exercitia, inedia, vigiliæ nimiæ aliaque, quæ acrimoniam urinæ augent, vitanda, In ſummâ, ſicuti pro cauſarum varietate medicamenta mutari debent, ita quoque diæta.

14. Dyſuriæ curatio & urinæ ardor ex antecedentibus aphoriſmis patet.

15. In mictu ſangvinis, ubi plethora, vena, & quidem ſuper pollice dextro pedis, aperienda.

16. Si eſt criticus, non niſi ſuperfluus reſtringi debet.

17. In principio aſtringentia non danda, ne coaguletur ſangvis, nam interdum ſangvis coagulatus in veſicâ in hoc affectu viam urinæ præcludit &

ſic urinæ ſuppreſſionis cauſa.

18. Ideoque aſtringentia quidem non omnia rejicienda, vel intermittenda, ſed præmiſsâ renum & veſicæ mundificatione præſcribenda, imò his etiam urgente neceſſitate ſtupefacientia admiſcenda.

19. Æger cibos acres, ſalſos, vina fortia, laborem immodicum & coitum fugiat.

20. Si mictus ſangvinis eſt à calculo, nec pura apertiva, nec pura aſtringentia exhibenda, quia illa augent mictum ſangvinis, hæc verò retinent calculum. Ergo partim aſtringentia, partim aperitiva præſcribenda.

DE AFFECTIBUS PUDENDORUM.

V. Aphor. 62.

Ὁκόσαι ψυχρὰς καὶ πυκνὰς τὰς μήτρας ἔχουσι, οὐ κυΐσκουσι. καὶ ὁκόσαι καθύγρους ἔχουσι τὰς μήτρας, οὐ κυΐσκουσιν (ἀποσβέννυται γὰρ αὐτῇσιν ὁ γόνος) καὶ ὁκόσαι ξηρὰς μᾶλλον καὶ περικαέας, ἐνδείῃ γὰρ τῆς τροφῆς φθείρεται τὸ σπέρμα. Ὁκόσαι δὲ ἐξ ἀμφοτέρων τὴν κρᾶσιν ἔχουσι

ἔχουσι συμμέτρως, ἐπίτικνοι γίγνονται αἱ τοιαῦται.

Mulieres, quæ frigidos & denſos habent uteros, non concipiunt; quæ etiam præhumidos habent, haud concipiunt, (extinguitur enim in iis genitura ſive ſemen) & quæ ſiccos & immodicè calidos habent, inopiâ enim alimenti extingvitur genitale ſemen. Quæ verò in utriſque oppoſitionibus mediocriter temperatum habent uterum, hæ fœcundæ ſunt.

[Sicuti terra in qualitatibus primis temperata, fœcunda eſt: Ita quoque uterus. Omnis enim qualitas, ſive ſit calida, frigida, ſicca, aut humida, in exceſſu peccans, conceptionem impedit: Uterus autem temperatus temperatum conſervat ſemen, & unà cum menſtruo ſangvine fœtus generationem adjuvat. Galenus in com. 5. aph. com. 25. 5. aphor. 18. 37. 2. aphor. com. 11.]

V. Aphor. 63.

Παραπλησίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἀρρένων. ἢ γὰρ διʼ ἀραιότητα τοῦ σώματος τὸ πνεῦμα ἔξω φέρεται, πρὸς τὸ μὴ παραπέμπειν τὸ σπέρμα, ἢ διὰ

τὴν πυκνότητα τὸ ὑγρὸν οὐ διαχωρέει ἔξω, ἢ διὰ τὴν ψυχρότητα οὐκ ἐκπυροῦται, ὥστε ἀθροίζεσθαι πρὸς τὸν τόπον τοῦτον, ἢ διὰ τὴν θερμασίην τὸ αὐτὸ τοῦτο γίνεται.

Eodem modo in maribus ſeſe res habet. Nam aut ob raritatem corporis ſpiritus extrà fertur, ne transmittat ſemen: aut propter denſitatem humor non egeritur forás: aut ob frigiditatem non incaleſcit, ut in hunc locum colligatur, aut propter caliditatem hoc ipſum fit & accidit.

[Si uterus, ut ſupra dictum, temperatus,& ſemen virile temperatum, vaſaque ſpermatica integra, & absque vitio, vel læſione, conceptio non impeditur. Galen. in com. hic aph. non placet, putat enim ipſum non eſſe Hippocratis lib. 1. de ſem.c. 4.5.7.& 9.]

VI. Aphor. 19.

Ἐπὴν διακοπῇ ὀστέον, ἢ χόνδρος, ἢ νεῦρον, ἢ γνάθου τὸ λεπτὸν, ἢ ἀκροποσθίη, οὔτε αὔξεται, οὔτε συμφύεται.

Vbi diſſectum fuerit os, aut cartilago, aut nervus, aut genæ pars tenuis, aut præputium, neque augetur, neque coaleſcit.

[Quia

[Quia partes ſpermaticæ parum alimenti habent, ſunt enim exangves & frigidæ, hinc difficulter coaleſcunt vel agglutinantur,&c.Gal.in com.Hipp.in coacis de ſem. c. 12. 13. 16.lib. de oſſ.2. de temp. 1. de ſem. c. 7. 2. de uſu part. c. 16. 3. aphor. 24. 3. de diff. pulſ. 1. progn. c.10. 16. de uſu part. c. 6. 3.art. medicin.]

Vide aph. {21, 22} ſect. {3, 5} ſub t. tertianâ, de dol. capitis.

APHORISMI PRACTICI.

1. Intemperies teſtium contrarijs curatur.
2. Ulcera teſtium,quæ inflammationem ſequuntur,valdè periculoſa ſunt, ut docet ſeq. hiſtoria.

Paſtor quidam, vir pius & religioſus annorum quinquaginta, cujus nomen jam non ſuccurrit,ante annos viginti & novem in pago Thabrum à Witebergâ paſſibus aliquot diſtante tumorem in dextro teſticulo, ultra qvadrantem anni, ſatis magnum, capitis infantis nimirum magnitudine, & quidem non abſque dolore acuto habuit, contra

hunc licet à varijs varia medicamenta fuerint ordinata; tumor tamen non decrevit, vel detumuit, nec dolores mitiores; ſed acutiores facti. Ideoq́ue ſocer meus Daniel Mittelſtadt/ Chirurgus p. m. & ego ad prædictum Paſtorem etiam acciti fuimus, Socer meus viſo tumore ſtatim cataplasma ex emollientibus & ſuppurantibus paratum appoſuit, ego ad vires refocillandas varia & inter alia ſequentia Medicamenta præſcripſi:

1. ℞. ſy. Granato. Acetoſ. citri ā ℥iſ.
ſucci Ribium, Ceraſ. ā ℥ſ.
Aq. flo. acatiæ.
Roſar. ā ℥xij.
Cinamo. ſine vino deſt. ℥ſ.
Pul. Rot. manus Chriſti c. R. ʒiij.
M. S. Saſſt.

2. ℞. Aq. flo. acatiæ.
lilior. convall.
Borrag. ā ℥ijſ.
Viol.
Roſar. ā ℥jſ.
Cinamo. ℥ſ. ʒij.

Mar-

Margarit.pp. ℈ij.
Smaragdi pp.
Hyacinthi pp. ā ℈jſ.
Rot. manus Chriſti c.p. ʒiij.
M. Sig. Perlenwaſſer.

Poſt triduum ulcus ſocer meus aperuit, ex quo magna puris copia effluxit, & dolores in momento remiſerunt, deinde ulcus decocto ex rad. peucedâni, rad. Ariſtolochiæ, Thure, Maſtich. Myrrhâ, Melle & aq. hordei & plantag. parato mundavit. Poſtea turundam Ungvento apoſtolo, oblinitam & in ol. Hypericonis immerſam, ut ulcus à ſordidâ & putridâ materiâ purgaretur impoſuit, & ſic proceſſit, donec ulcus perfectè à ſordidâ & putridâ materiâ intus latente mundificatum & ſic integrè curatum fuit.

3. Ulcera prædicta ſæpè in cancrum abeunt, qui quando radicitùs non extirpatur, non curantur, facilè enim putredinem concipiunt ob affluentem humiditatem & caloris paucitatem.

4. Inflatio penis curatur exiccantibus, & diſcutientibus.

5. Inflammatio verò curatur, ut aliæ inflammationes curari ſolent.
6. Ulcera penis mundentur primò abſtergentibus, deinde præſcribantur exiccantia.
7. Ulcera virulenta, Mercurialibus, quibus abſtergentia & exiccantia etiam admiſta ſint, curantur.
8. Quando id, quod virulentum, abſumptum, ulcera decocto ex emollientibus parato abluenda, deinde digeſtiva imponenda & tamdiu continuandum, donec id, quod corruptum, ſeparatum ſit, ultimò conſolidanda.
9. In Herniâ cauſæ ſunt removendæ. Ideoque ſi flatus diſcutiantur, ſi aqua evacuetur, & ne generetur, vel affluat, prohibeatur; ſi caro ſangvinis impuri ex quo carnoſa hernia generatur, evacuetur, affluxus inhibeatur, vel ſi jam genita eſt, chirurgiâ tollatur: Si humor Melancholicus, ex quo varicoſa (quæ periculoſior carnosâ & curationem non facilè admittit) hernia generatur, primò exiccantia præſcribantur, deinde cataplaſmata ex emollientibus adhibeantur, venæ ſectione curetur.

10. Her-

10. Hernia, imprimis inteſtinalis, ſubligaculo, quiete & ſiccantibus, nec non aſtringentibus medicamentis & emplaſtris curari debet.

11. Conſervatio repoſiti in ſuum locum ejus, quod exivit, ſive ſit inteſtinum, ſive omentum &c. neceſſaria, cum conſolidatione, ſi fieri poterit.

12. Quando neque internis herniosſus, neque externis curatur medicamentis, & ſeſe chirurgo committere debet, eligat expertum & qui hanc artem ſæpè exercuit.

13. Tempus eligendum vernum, quia hoc tempore vires ob ſangvinis copiam recolliguntur.

14. Ante inciſionem omnia ſint rectè præparata.

15. Gonorrhœa, ſive profluvium ſeminis, ſi ab imbecillitate vaſorum ſpermaticorum ſit, roborantia & aſtringentia proſunt.

16. Si à copiâ ſeminis ſit, venæ ſectio, jejunium, exercitium, proſunt, econtrà vinum & omnia ſemen augentia & flatulenta, fugienda.

17. Si materia virulenta, ut in lue ve-

intereâ ſæpiſſimè obſervamus, non ſtatim ejusmodi Gonorrhœa ſupprimenda; ſed alexipharmaca, præmiſſis præmittendis, ordinanda, id eſt, materia virulenta evacuanda, detergenda, diſcutienda, malignitas emendanda, putredo arcenda, φλόγωσις alteranda & vaſa Spermatica corroboranda.

18. Fortia purgantia, ne partes inflammatæ & ulceratæ ob humoris acrimoniam exaſperentur, vitanda.

19. In priapismo, flatulenta & ſemen augentia vitanda.

20. Abſtinendum à coitu.

21. Purgantia fortia non præſcribenda.

22. Calida, quia flatus discutiunt, conveniunt. Econtrà frigida, quia ſuâ frigiditate vaporoſorum flatuum generationem impediunt, non nocent.

DE AFFECTIBUS UTERI.

III. Aphor. 28.

Τὰ δὲ πλεῖστα τοῖσι παιδίοισι πάθη κρίνεται, τὰ μὲν ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσι, τὰ δ᾽ ἐν ἑπτὰ μησὶ, τὰ δὲ ἐν ἑπτὰ ἔτεσι. τὰ δὲ πρὸς τὴν ἥβην προσ-

προσάγουσιν. ὅσα δ' ἂν διαμείνῃ τοῖσι παιδίοισι πάθεα, καὶ μὴ ἀπολυθῇ περὶ τὸ ἡβάσκειν, ἢ τῇσι θήλεσι περὶ τὰς τῶν καταμηνίων ῥήξιας, χρονίζειν εἴωθεν.

Plurimi verò morbi puerulis, alij quidem intra dies 40. nonnulli in 7. menſibus, hi intra annos 7. illi jam ad pubertatem accedentibus. Qui verò permanſerint, nec circa pubertatem pueris, neque fœminis cum menſtrua eruperint, deſierint, hi conſeneſcere conſveverunt.

[Dies 40. eſt primus morborum diuturnorum judicatorius, & ultimus acutorum. Die 14. Menſe 7. anno 7. & 14. plerumque fiunt magnæ criticæ mutationes, hinc morbi pueriles in illis judicantur. Natura enim agit in humores peccantes, & infantes etiam ſunt fortiores, dentes innaſcuntur & perficiuntur, pili, menſes in puellis, & hæmorrhagiæ narium in maribus, nec non ſemen apparet. Quando verò morbi his temporibus non ſolvuntur, & judicantur, inveteraſcunt & ad longum tempus perdurant, vel morbis ejusmodi patientes commoriuntur. Gal. in com. 5. aph. 7. 1. aph. 24.] 2. Aph. 45.

IV. A.

IV. Aphor. I.

Τὰς κυούσας φαρμακεύειν, ἢν ὀργᾷ, τετράμηνα καὶ ἄχρι ἑπτὰ μηνῶν. ἧσσον δὲ ταύτας: τὰ δὲ νήπια καὶ πρεσβύτερα εὐλαβέεσθαι χρή.

Vtero gerentes medicari, ſi materia turget, quadrimeſtres & ad ſeptimum uſque menſem, ſed has minùs; juniores verò & ſeniores vereri oportet.

[Septimo menſe non ſunt purgandæ gravidæ, quia hic menſis à naturâ partui eſt deſtinatus, fœtus etiā magnus eſt. Quarto autem menſe fieri poteſt: quia ſicuti medio tempore fructus arbori firmiùs hærent; ita quoque fœtus quarto menſe, ſive medio tempore. Non tamen tres primi & tres poſteriores menſes ſunt excludendi in caſu neceſſitatis, id eſt, ubi materia turget. Nobis enim ſunt clementiſſima medicamenta, quibus veteres carebant, ut eſt Caſſia, Manna, Rhabarbarum, Tamarind.&c. Gal. in com.5. lib.3.Epid. aph.30.31.35. &55. Galen.1.Epidem. com.3.l.3.art.med. lib. de aq.aer.&loc. 7.aph.com.27. 5.aph.19.39. 3. M. M.c. 9.11. M.M. c. 1. 2.aph.c.19. 23.1.aph.

4.4. a-

4. 4. aph.com.1. l.2. de ſem. c.2.3.& 4. 5.7. 14. de uſu part. c.6. 13. de uſu part. c.6. Ariſt. 1. de gen. an. c. 19. 4. aphor. com.10. 1. progn. c.1.1. de morb. vulg. c.3. lib. de cur. per ſangv. miſſion. c.9.12. 1. aphor. com.21.]

V. Aphor. 30.

Γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ ὑπό τινος τῶν ὀξέων νοσημάτων ληφθῆναι, θανάσιμον.

Mulierem utero gerentem aliquo morbo acuto corripi, lethale eſt.

[Quia gravidæ magna præſidia, quæ morbi acuti expoſcunt, ſicuti & victum tenuem vix absque periculo abortus tolerare poſſunt, ſunt enim debiles, fœtus etiam optimum ſangvinē, vel meliorem partem haurit, relicto deteriore, quo mater nutritur. Præterea excremēta, quæ per menſtrua expurgantur, retinentur, & ſic morbi cauſa augetur. Adeſt etiam difficultas reſpirandi à fœtu cauſſata, hinc vires non duntaxat ob dictas rationes; verùm etiam ob febrem, vel alium morbum, qui ſecundum rationem & indicationes tractari non poteſt, debilitantur, & ſic morbus peri-

periculoſus, imò tandem lethalis fit. Galen. in com.5.aph.28. Hipp. in lib.& ſing. affect. Galen. 2.aph.com.23.5.de loc.aff.c.1.2.aph. com. 42. 1.aph.7.] Licet copioſior exhiberetur.

V. Aphor. 31.

Γυνὴ ἐν γαστρὶ ἔχουσα φλεβοτομηθεῖσα ἐκτιτρώσκει, καὶ μᾶλλον εἰ μεῖζον εἴη τὸ ἔμβρυον.

Mulier utero gerens ſectâ venâ abortit, eoque magis, quò grandior eſt fœtus.

[Ubi plethora, venæ ſectio prodeſt: Ubi verò non adeſt & vires ſunt debiles, venæ ſectio, imprimis circa finem tertij, vel ſeptimi menſis inſtituta, ob alimenti detractionem abortum facit. In caſu autem neceſſitatis, id eſt, in morbis acutis, & ubi vires, ætas, corporis habitus, &c. permittunt, evacuationes per purgationem & venæ ſectionem non intermittendæ. Galen. in com. 4.aphor. com. 1. Hipp. 4. de vict. acut. 19. Ariſt. 3. de nat. anim. c. 19. 7. de nat. animal. 6.]

V. A.

V. Aphor. 36.

Γυναικὶ καταμήνια ἄχροα, καὶ μὴ κατὰ τὰ αὐτὰ αἰεὶ γινόμενα, καθάρσιος δεῖσθαι σημαίνει.

Mulieri menſes decolores, nec ſemper eodem tempore prodeuntes, purgatione opus eſſe ſignificant.

[Quia humorum cum ſangvine mixtionem ſignificat: Purgatione ergo egent. Purgatio autem pro humoris quantitate & qualitate præſcribenda vel ordinanda. Hippocr. lib. 1. de morb. mul. it. 2. de morb. Galen. in com. 5. aph. 57. 4. aphor. com. 2. 1. aphor. com. 2. 6. de ſimpl. medic. facult.]

V. Aphor. 41.

Γυναῖκα ἢν θέλῃς εἰδέναι εἰ κύει, ἐπὴν καθεύδειν μέλλῃ, μελίκρατον δίδου πιεῖν, κἢν μὲν στρόφον ἔχει περὶ τὴν γαστέρα, κύει. εἰ δὲ μὴ, οὐ κύει.

Si ſcire vis, an mulier conceperit, cùm dormitura eſt, ei aquam mulſam potui dato, & ſi ventris tormina patiatur, concepit; ſin minùs, non concepit.

[Quando omnia viſcera ſunt ſana, tunc hoc experimentum locum habet,

habet, inteſtina enim ob conceptionem coarctantur; hinc flatus excitati à melicrato, in quo ℥ij. ſem. aniſi ebullierint, torminaque fiunt. Sed hoc non eſt certum & perpetuum conceptus ſignum. Galen. in com. 2. de ſymptom cauſ. c. 2. 4. aph. com. 11. 5. aph. com 51.]

V. Aphor. 42.

Γυνὴ ἔγκυος, ἢ μὲν ἄῤῥεν κύει, εὔχρους ἐστὶν. ἢν δὲ θῆλυ, δύσχρους.

Mulier gravida, ſi marem gerit, benè colorata eſt, ſi fœmellam, malè.

[Hic Aphoriſmus loquitur de muliere ſanâ & bonâ victus ratione utente. Ergo hoc fit ratione caloris & ſeminis perfectiùs cocti & elaborati: mas enim calidior fœmellâ, hinc mulier marem gerens plerumque (non enim eſt κατὰ παντὸς) meliùs eſt colorata, quàm quæ fœmellam gerit. Præter colorem ſunt etiam alia ſigna, & quidem ſequentia; Mares, citiùs & quidem in dextro latere moventur; arteriæ etiam & venæ in temporibus dextris ſunt humidiores, papillæ dextræ mammæ etiam magis rubent

rubent & turgent: Præterea etiam ad maris generationem faciunt ſequentia: bonum & quidem ſangvineum temperamentum, ætas matura, temperata, coitus rarior & matutinus &c. Hipp. in fine lib. de nat. pueri. Galen. in com. l. 2. de ſem. l. 2. de genitura.]

V. Aphor. 43.

Ἢν γυναικὶ κυούσῃ ἐρυσίπελας ἐν τῇ ὑστέρῃ γένηται, θανατῶδες.

Si mulieri gravidæ in utero eryſipelas fiat, lethale eſt.

[Quia Eryſipelas eſt tumor bilioſus & calidiſſimus, & quidem non ſine febre acutâ, qui fœtus alimentum non ſolùm corrumpit, verùm etiam eundem necat & occidit. Hipp. lib. de nat. mul. & l. 2. de morb. mul. Galen. in com. 1. aphor. com. 2. lib. de tum. p. n. c. 10. l. 2. M. M. c. 1. 4. aph. com. 48. 6. aph. com. 25.]

V. Aphor. 44.

Ὁκόσαι παρὰ φύσιν λεπταὶ ἐοῦσαι ἐν γαστρὶ ἔχουσιν, ἐκτιτρώσκουσι δίμηνα, πρὶν ἢ παχυνθῆναι.

Quæ p. n. tenues uterum gerunt, abor-

tiunt ſecundo mẽſe, priuſquàm craſſeſcant.

[Hic aphoriſmus loquitur de mulieribus, quæ morbo aliquo laborarunt, & ſupra modum extenuatæ ſunt. Ideoque quando concipiunt, plerumque abortire ſolent: Ratio, quia nutrimentum, quod fœtui debetur, pro refectione matris requiritur. Hinc fœtus ob defectum nutrimenti creſcere non poteſt, atque ſic fit abortus. Hipp. 5 aphor. 25. It. lib. de ſteril. l. 2. de morb. mul. Galen. in com. 2. aph. com. 44. in fine lib. de med. offic. com. 1. 2. progn. com. 11. 3. aphor. comm. 12. 5. aphor. com. 46.]

V. Aphor. 45.

Ὁκόσαι δὲ μετρίως τὸ σῶμα ἔχουσαι, ἐκτιτρώσκουσι δίμηνα καὶ τρίμηνα, ἄτερ προφήσιος φανερῆς, ταύτῃσιν αἱ κοτυληδόνες μύξης μεσταὶ εἰσὶ, καὶ οὐ δύνανται κρατεῖν ὑπὸ τοῦ βάρους τὸ ἔμβρυον, ἀλλ᾽ ἀπορρήγνυνται.

Quæcunque mediocriter corpulentæ abortum faciunt menſe ſecundo aut tertio, ſine cauſâ manifeſtâ, iis cotyledones mucoris plenæ ſunt, nec præ pondere fœtum continere poſſunt, ſed abrumpuntur.

[Mulieres ante quartum menſem abor-

abortioni obnoxiæ ſunt. Si abortus non propter cauſam aliquam manifeſtam, ſive ſit extrinſeca, ut ſaltus, caſus, motus validus, ſive intrinſeca, ut alimenti penuria, febris vehemens, eryſipelas, fiat &c. Signum eſt acetabula plena mucoris, ſive humiditatis phlegmaticæ eſſe, atque ſic abruptioni cotyledonum vel ligamentorum & abortioni cauſam præbuiſſe. Gal. in com. Gal. 1. de ſem. c. 7. 6. aph. com. 59. 4. aph. com. 1.] 6. Epid. c. 5.

V. Aph. 46.

Ὁκόσαι παρὰ φύσιν παχεῖαι ἐοῦσαι μὴ ξυλλαμβάνουσιν ἐν τῇ γαστρὶ, τούτῃσι τὸ ἐπίπλοον τὸ στόμα τῶν ὑστερέων ἀποπιέζει, καὶ πρὶν ἢ λεπτυνθῆναι, οὐ κύουσι.

Quæ p. n. craſſæ non concipiunt, iis omentum comprimit os uteri, & priusquàm attenuentur, non concipiunt.

[Os uteri non duntaxat ab omento adipoſo, verùm etiam interdum à pingvedine oris uteri, quod interdum adipoſum & lubricum, comprimitur, ut ſemen non excipiat. Gal. in com. Hipp. l. de nat. mul. lib. de aër. aq loc. Veſalius l. 5. c. 4. Hipp. lib. de aggreſſ. anatom.]

V. Aphor. 47.

Ἢν ὑστέρη ἐν τῷ ἰσχίῳ ἐγκειμένη διαπυήσῃ, ἀνάγκη ἔμμοτον γίνεσθαι.

Si uterus coxæ adjacens ſeu incumbens ſuppuraverit, emmotis curetur, neceſſe eſt.

[Emmota ſunt linteola carpta, quibus medicamenta liquida excipiuntur & parti læſæ, vel vulneri imponuntur, atque ſic putredo, vel ſanies educitur, ſimul & locus, ſive ulcus à corruptione vindicatur. Gal. in com. Hipp. 2. de morb. mul. it. l. de nat. mul. de ſacr. morbo, 3. de fractur. 35. Gal. 1, progn. com. 44. 2. progn. com. 60.] 6. Epidem. 7.

V. Aphor. 48.

Ἔμβρυα, τὰ μὲν ἄρσενα ἐν τοῖσι δεξιοῖσι, τὰ δὲ θήλεα ἐν τοῖσι ἀριστεροῖσι μᾶλλον.

Fœtus, mares quidem dextrâ uteri parte, fœminæ ſiniſtrâ magis geruntur, ſeu continentur.

[Quia materia ſeminis in dextrâ parte, quæ ex venâ cavâ, & non ex emulgente, ut fieri ſolet in ſiniſtrâ parte, calidior. Hinc teſticulus etiam calidior & ad maris generationem robuſtior. Item uteri pars dextra, quia

Epa-

Epati ſubjacet, calidior ſiniſtrâ, quæ ſpleni ſubjacet. Verùm contrarium etiam ſæpè accidit. Gal. in com. Hipp. 6. Epidem. 2. lt. 6. Epid. 4. com. 27. Galen. 14. de uſu part. 7. & l. 2. de ſem. 6. de loc. aff. 5. l. de morb. vulg. ſect. 2. com. 44. Galen. 6. de uſu part. c. 3. & 7. de aggreſſ. anat. Hipp. 2. Epid. 6. lib. de ſuperfœt. lib. de nat. fœtus.]

V. Aphor. 51.

Ὁκόσαι ἐν γαστρὶ ἔχουσι, τουτέων τὸ στόμα τῶν ὑστερέων συμμέμυκεν.

Quæ utero gerunt, iis os uteri connivet.

[Clauditur uterus, ut vim generatricem in ſemine deliteſcentem ingenitâ ſuâ virtute exuſcitet, & ne fœtus inſveto aëre lædatur, ſive prolificus ſpiritus in ſemine diſſipetur, vel materia ſeminis corrumpatur. Aperitur tamen interdum, nimirum in ſuperfœtatione, quod rariſſimè fit. Hipp. lib de nat. pueri. Gal. in com. lib. de anat. uteri c. 8. & 10. Hipp. lib. de morb. mul. lib. de ſuperfœt. l. de nat. mul. l. 3. de natur. facult. c. 3.]

V. Aphor. 54.

Ὁκόσῃσι τὸ στόμα τῶν ὑστερέων σκληρόν ἐστι, ταύτῃσιν ἀνάγκη τὸ στόμα τῶν ὑστερέων ξυμμύειν.

Quibus os uteri durum eſt, idipſum arctari & connivere neceſſe eſt.

[Quia os uteri durum ſignificat tumorem p.n. ſive phlegmonæ, ſive ſcirrho ſimilem, ſicque nec menſes fluunt, nec conceptio fieri poteſt. Os uteri verò molle & ſecundum naturam, imprægnationem oſtendit. Galen. 5. aphor. com. 51. Hipp. lib. de ſuperfœt. lib. de morb. mul.]

V. Aphor. 57.

Καταμηνίων γινομένων πλειόνων, νοῦσοι ξυμβαίνουσι, καὶ μὴ γινομένων, ἀπὸ τῆς ὑστέρης ξυμβαίνουσι νοῦσοι.

Menſtruis immodicè fluentibus, morbi eveniunt: Non autem fluentibus, ex utero accidunt morbi.

[Menſtruis immodicè fluentibus vires totius corporis exhauriuntur, calor nativus debilitatur, hinc Syncope, convulſio, hydrops, intemperies frigida

gida ventriculi, epatis & totius corporis exiſtunt. Deinde Hipp. etiam dicit, morbos fieri ex ejusdem fluxus menſtrui retentione, vel ob malam uteri diſpoſitionem, vel craſſitiem ſangvinis: ut ſunt mania, plevritis, angina, tabes, cachexia, hydrops, palpitatio cordis &c. Hipp. lib. de flatibus. Galen. in com. 5. aphor. 57. 6. de loc. affect. cap. 5. 3. de cauſ. ſympt. c 4. lib. de morb. mul.]

V. Aphor. 60.

Ἢν γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ αἱ καθάρσιες πορεύωνται, ἀδυνάτον τὸ ἔμβρυον ὑγιαίνειν.

Si mulieri prægnanti menſtruæ purgationes prodeant, fœtum benè valere impoſsibile eſt.

[Quia fœtus nutrimentum nec benè trahit, nec benè nutritur, per venas hypogaſtricas, uteri ſubſtantiam ingredientes, per quas etiam menſtruus ſangvis ſingulis menſibus evacuatur. Unde imbecillitas fœtus. Galenus in comm. 6. de loc. affect. 5. Hippocr. de nat. puer. lib. de morb.

mul.14. de uſu part. c.8. 5.aphor.com. 52. 1.de ſem.c.7.]

V. Aphor. 61.

Ἢν γυναικὶ καθάρσιες μὴ πορεύωνται, μήτε φρίκης, μήτε πυρετοῦ ἐπιγινομένου, ἆσαι δὲ προσπίπτωσι, λογίζου ταύτην ἐν γαστρὶ ἔχειν.

Si mulieri purgationes non prodeunt, neque horrore, neque febre ſuperveniente, cibique faſtidium accidat, hanc prægnantem eſſe æſtimato.

[In hoc aphor. diſtinguit. Hipp. inter morboſas & gravidas mulieres: In morboſis ejusmodi ſymptomata ob morbum accidunt; in gravidis & ſanis, quando cibi faſtidium accidit, & quidem ſine horrore & febre, fœtus in principio non omnem ſangvinem menſtruum conſumere poteſt, hinc pars ſuperflua ad diverſa membra, ventriculum, cor, & interdum per totum corpus movetur: Unde cibi faſtidium, Syncope & Anguſtia, laſſitudo totius corporis, & quò impurior ſangvis, eò ſymptomata prædicta graviora. Galen. in com. 3. de ſympt. cauſ. c. 4. in lib. de

fœt.

fœt form. 1. de ſem. c. 7. 2. aphor. com. 30. 1. prorrhet. cap. 2. 4. aphoriſm. com. 2.]

VI. Aphor. 29.

Γυνὴ ȣ̓ ποδαγρᾷ, ἢν μὴ τὰ καταμήνια αὐτῇ ἐκλείπῃ.

Mulier podagrâ non laborat, niſi menſes ei defecerint.

[Si menſtrua defecerint, & ſangvis ad membra debilia, imprimis ad nervos & juncturas debiles expellitur, tunc podagrâ laborant. Econtrà ſi moderatâ victus ratione utantur, ſobriè vivant & membra non debilia habeant, podagrâ rariſſimè vexantur. Galen. in comm. Celſit. libr. 4. cap. 24.]

Vide aph.			
	12	ſect.3.ſub t.de aff. oculorũ.	
	14		
	22	ſect.5.ſub titulo de	dolore capitis.
	28		dolore capitis.
	32		Vomitu.
	33		affect.narium.
	34		profluvijs alvi.
	35		Sternutat.
	37		aff.mammar.
	38		aff. mammar.
	39		ijsdem.
	40		ijsdem.
	49		affect.narium.
	50		aff.mammar.
	52		ijsdem.
	53		ijsdem.
	54		ijsdem.
	55		rel.feb.ſympt.
	56		Convulſione.
	58		Singultu.
	59		affect. narium.
	62		Pudendorum.
	27.	Se.7.ſub t.de profluvijs alvi.	

APHORISMI PRACTICI.

Menſiū ſuppreſsio. 1. Menſes ante duodecimum annum, item utero gerentibus, nec poſt 50.annum ſunt ciendi.

2.In

2. In ſuppreſſione menſium ex plethorâ vena ſecanda, primò mediana, deinde Saphena, nimirum ante menſium fluxũ & quidem repetitis vicibus, ut ſangvis eò cõmodius effluere poſſit.

3. Ante ſectionem venæ corpus moveatur & crura decocto ex emollientibus, attenuantibus, calaminth. cent. minor. origa: Chamomil. Melilot. rad. Lilior. alb. &c. parato abluantur & fricentur, ut ſangvis fluxilis ad inferna invitetur.

4. Si ſuppreſſio ſit à materiâ viſcoſâ, frigidâ, præmiſsâ præparatione, evacuanda, deinde menſes provocantia, & quidem tempore motus menſtruorum exhibenda.

5. In uſu autem medicamentorum menſtrua provocantium ſemper à clementioribus incipiendum.

6. Mulieres, quibus menſes adſunt, non ſunt purgandæ.

7. Medicamenta menſes promoventia non niſi ante fluxum menſium exhibeantur (ut dictum) & quidem in majori doſi, ut obſtructiones reſerentur, ſangvis craſſior attenuetur & ſubtilior reddatur.

8. In

8. In reconvaleſcentibus ex morbo Chronico nequaquam menſes provocentur, neque in corporibus emaciatis, aut largiori hæmorrhagiâ, aut alvi profluvio diuturno, aut aliâ evacuatione inanitis, nec etiam viraginibus & iis, quæ nullum inde ſentiunt incommodum.

9. Quando menſtruæ purgationes propter morbum aliquem ſupprimuntur, morbus priùs curandus.

10. Niſi in menſium provocatione idonea victus ratio adhibeatur, medicamenta parum, aut nihil efficiunt, vel juvant.

Fluxus menſiũ immodicus.

11. Menſium fluxus nimius, ſi criticus, non, modò mulier benè colorata, & vires permittant, cohibendus. Symptomaticus, verò præmiſſis præmittendis, non confeſtim ſiſtendus, ne affectus periculoſi, ut hydrops, febris, Epilepſia, Apoſtema, Cancer excitentur.

12. In ejusmodi immodico fluxu prodeſt venæ baſilicæ ſectio; evacuat enim & revellit.

13. Medicamenta, quæ in hoc affectu per ſyringam in matricem immittuntur,

tur, plus conferunt, quàm ea, quæ per os ſumuntur.

14. Vomitus in nimio fluxu menſium conducit, nam præter id, quod evacuat, etiam avertit.

15. Si alij morbi immodicum fluxum menſium cauſant, illi priùs curentur deinde fluxus prædictus.

16. Quæ mulieres hoc malo laborant, benè ſunt nutriendæ.

17. Ad mammas appoſita cucurbitula ſæpè ſiſtit menſium immodicum fluxum.

18. Motus immodicus, labor & omnia, quæ ſangvinem fluxilem reddunt, non conveniunt, augent enim fluxum & ducunt in hydropem.

19. Epar etiam confortandum.

20. In nimio fluxu menſium balnea & calefactiones vitandæ.

21. Thermæ Carolinæ, Cellenſes etiam conveniunt.

22. Menſes utplurimum ceſſant poſt annum 45. 50. aliquando poſt 55. Novi ego mulierem, quæ poſt 66. annum menſtrua habuit.

De mẽſtruis albis.

23. Fluor muliebris non ſolùm ætate ma-

te maturas; ſed etiam virgines invadit, & fit plerumque ex humore ſeroſo, vel pituitoſo, ejusmodi autem humor eſt, vel à toto, vel particulari aliquo membro, vel ab utero. Si à toto, curatur, 1. Victus ratione ſiccâ, tenui, & aſtringente. 2. Vacuationibus, imprimis venæ ſectione, ubi plethora, deinde medicamentis, quæ eroſam materiam educunt. 3. Divertentibus ad alias partes, cum evacuatione tamẽ, ne humor ad partem nobilem decumbat. Prodeſt etiam balneum, item Sudorifera, nec non diuretica fomentationibus, oleis, Emplaſtris ex aſtringentibus parata.

24. Si hoc malum originem habeat à pituitâ, eadem victus ratio convenit, deinde humor præparandus & evacuandus: Tertiò frictiones, exercitium, it. aquæ aluminoſæ, bituminoſæ & ſulphureæ, nec non Thermæ Cellenſes, Burckbernheimenſes non nocent.

25. Si fiat vitio alicujus partis, quæ excrementa gignit & in uterum tranſ-

mit-

mittit, ea medicamenta præſcribenda, quæ generationem excrementi prohibeant & genitum ab utero divertant, ut ſi per conſenſum ventriculi fiat, vomitus & lenes purgationes, confortationes internæ & externæ proſunt.

26. Si à capite originem habeat, hoc purgandum, deinde confortandum, fonticuli etiam non nocent.

27. Si ex vitio Epatis obveniat, ea medicamenta, quæ Epar reſpiciunt, ordinanda, ejus temperies corrigenda, obſtructiones venarum aperiendæ, materia, ſive ſit bilioſa, vel pituitoſa, præparanda & evacuanda, tandem etiam corroborantia non omittenda.

28. Si uterus primariò afficitur, ſive fiat intemperie aliquâ, ſive imbecillitate &c. Intemperies corrigenda, uterus corroborandus, vitioſi humores evacuandi, ne excrementa ad uterum transmittantur, prodeſt etiam, præmiſſis præmittendis, decoctum ligni Guajaci, Saſſafras &c.

29. Hy-

Suffocatio uteri. 29. Hyſtericis mulieribus magis convenit aquam dare, quàm vinum extra paroxyſmum: Tempore verò paroxysmi ad vires reparandas concedi poteſt vinum.

30. In paroxysmo ſuffocationis nequaquàm aqua roſar. cinamom. in faciem ægræ aſpergatur.

31. Clyſter carminans & reſolvens ventoſitatem ex calaminthâ, artemiſ. &c. non nocet, nec non ſuppoſitorium ex ladano alijsque odoriferis.

32. Naribus admovenda ſunt fœtida, infrà verò benè olentia.

33. Calefactio genitalium & partium vicinarum, hyſtericis multùm confert.

34. Venæ ſectio non laudatur in ſuffocatione uteri ex ſpermate retento.

35. In ſuffocatione uteri ex retentione menſium, etiam in ipſo paroxysmo, modò vires permittant, licet venam Saphenam aperire.

36. Quando hyſtericarum ſymptomata ſunt periculoſa & morbi naturam induunt, illa prius curentur, deinde cauſa morbi tollatur.

37. Pe-

37. Pectini levis cucurbitula admota juvat, non diu adhæreſcat coxis cum ſcarificatione.

38. Suffocatio uteri plerumque repletionem ſequitur, diæta ergo ſit tenuis.

39. Si ſuffocatio uteri eſt à ſeminis repletione, titillatio colli uteri digitis propriis, vel obſtetricis prodeſt, nec non inunctio ejuſdem oleis & balſamis aromaticis.

40. Paroxysmus hyſtericus longior epileptico, quia materia copioſior & viſcoſior; finito paroxyſmo præſcribantur flatus diſcutientia, interna & externa; nam cauſa hujus affectus eſt plerumque copia flatuum.

41. In abſceſſu uteri fluxus materiæ revellendus. *Abſceſſus uteri.*

42. Menſtruorum provocatio nocet.

43. Venæ ſectio, baſilicæ nimirum & pro re natâ Saphenæ, prodeſt.

44. Humor reſiduus, præmiſſis præmittendis, per purgationē evacuandus.

45. Vomitus etiam prodeſt, materiam ſive humorem in contrarium revellendo.

Suffocatio uteri. 29. Hyſtericis mulieribus magis convenit aquam dare, quàm vinum extra paroxyſmum: Tempore verò paroxysmi ad vires reparandas concedi poteſt vinum.

30. In paroxysmo ſuffocationis nequaquàm aqua roſar. cinamom. in faciem ægræ aſpergatur.

31. Clyſter carminans & reſolvens ventoſitatem ex calaminthâ, artemiſ. &c. non nocet, nec non ſuppoſitorium ex ladano alijsque odoriferis.

32. Naribus admovenda ſunt fœtida, infrà verò benè olentia.

33. Calefactio genitalium & partium vicinarum, hyſtericis multùm confert.

34. Venæ ſectio non laudatur in ſuffocatione uteri ex ſpermate retento.

35. In ſuffocatione uteri ex retentione menſium, etiam in ipſo paroxysmo, modò vires permittant, licet venam Saphenam aperire.

36. Quando hyſtericarum ſymptomata ſunt periculoſa & morbi naturam induunt, illa prius curentur, deinde cauſa morbi tollatur.

37. Pe-

37. Pectini levis cucurbitula admota juvat, non diu adhæreſcat coxis cum ſcarificatione.

38. Suffocatio uteri plerumque repletionem ſequitur, diæta ergo ſit tenuis.

39. Si ſuffocatio uteri eſt à ſeminis repletione, titillatio colli uteri digitis propriis, vel obſtetricis prodeſt, nec non inunctio ejusdem oleis & balſamis aromaticis.

40. Paroxysmus hyſtericus longior epileptico, quia materia copioſior & viſcoſior; finito paroxyſmo præſcribantur flatus diſcutientia, interna & externa; nam cauſa hujus affectus eſt plerumque copia flatuum.

41. In abſceſſu uteri fluxus materiæ revellendus. *Abſceſſus uteri.*

42. Menſtruorum provocatio nocet.

43. Venæ ſectio, baſilicæ nimirum & pro re natâ Saphenæ, prodeſt.

44. Humor reſiduus, præmiſſis præmittendis, per purgationẽ evacuandus.

45. Vomitus etiam prodeſt, materiam ſive humorem in contrarium revellendo.

46. Poſt univerſalia medicamenta conveniunt repellentia; In ſtatu, urgentibus doloribus, anodyna, in declinatione reſolventia, ſi ſuppuratio non adſit.

47. Uſus repercutientium ſtypticorum ſit moderatus, ne fiat durities.

48. Uteri abſceſſus magis à ſangvinis menſtrui ſuperfluitate, quàm à ſemine retento, fiunt: Semen enim quando putreſcit & corrumpitur, potiùs uteri ſuffocationem, ob ſuam venenoſitatem & corruptionem, quàm abſceſſum inducit.

49. Victus tenuis imperandus.

50. Vigiliæ in principio non nocent.

Uteri ulcera. 51. Uteri ulcera, ſi ſordida ſint, detergentia & exiccantia exigunt: Si pura, leniter aſtringentia uſurpanda: Si dolor adſit, ſedandus: Si venerea adſit malignitas, alexipharmaca, præmiſſis præmittendis, præſcribenda.

52. Sanitas ulceris non ſperanda, niſi priùs intẽperies partis ad ſymmetriam reducta ſit, & affluxus humorum prohibeatur.

53. Ad ulceris curationem multùm facit

cit bona victus ratio & purgatio per catharctica.

54. In ſterilitate, factâ purgatione ſufficienti, utendum eſt roborantibus. *Sterilitas.*

55. Uterus nimis humidus exiccandus, nimium ſiccus humectandus, frigidus calefaciendus, nimium verò calidus refrigerandus.

56. Clyſteres propter loci viciniam proſunt.

57. Particulares uteri morbi tollendi.

58. Mulieres, quæ impraægnari cupiunt, fugiant acetum, quia utero inimicum. *Impregnatio.*

59. Quia plerumq; cauſæ conceptionem impedientes ſunt contumaces, ideoque uſus medicamentorum continuandus, continuata enim vigent, intercisa autem pereunt.

60. Bona victus ratio etiam non negligenda.

61. Mulieres poſt menſium purgationem citiùs, quàm alio tempore concipiunt. Quia uterus purus faciliùs ob humorū repurgatam illuviem ſemen fœcundum attrahere poteſt &c.

62. Mulieres cum diverſis viris & ſæpè coeuntes, raro concipiunt.

Mola. 63. Mola carnoſa difficulter curatur, quia Medici in principio non vocantur, putant enim mulieres ſe concepiſſe, cum venter intumeſcit & menſes ſupprimuntur.

64. In principio itaque vomitus provocandus.

65. Vena ſecanda & humor affluens divertatur, affluxus expurgetur.

66. Deinde proſunt etiam Medicamenta fœtum mortuum educentia & abortum facientia.

67. Supponatur peſſus emolliens, Balneum emolliens, nec non Ungventa & Emplaſtra emollientia ordinanda.

68. Si mola ſit humoralis, vena ſecetur, humores purgentur & menſes provocentur.

69. Si ſit ventoſa, materia, ex quâ flatus generantur, expurgetur, in ſummâ, hic affectus curetur ſicuti ventoſitas matricis.

Hactenus de morbis partium internarum.

DE

DE AFFECTIBUS ARTICULORUM.

VI. Aphor. 28.

Εὐνοῦχοι οὐ ποδαγριῶσιν, οὐδὲ φαλακροὶ γίνονται.

Eunuchi neque podagrâ laborant, neque calvi fiunt.

[Podagrâ non laborant, quando ocio non utuntur & moderatâ victus ratione ſunt contenti, nec partes ipſorum nervoſæ coitu (quem exercere non poſſunt) debilitantur. Calvi non fiunt ob multam humiditatem ad capillos fluentem, unde augentur: Quando verò contrarium accidit, tunc intemperantia eſt cauſa principalis. Gal. in com. lib. de nom. ſignif. lib. de ſem. cap. 12. 13.]

VI. Aphor. 30.

Παῖς οὐ ποδαγρᾷ πρὸ τοῦ ἀφροδισιάζειν.

Puer ante uſum Veneris podagrâ non laborat.

[Quia cerebrum aliæque partes nervoſæ non ſunt debilitatæ, calor item nativus fortis, excrementa ſeroſa con-

 ſumens,

ſumens, vaſa etiam ante pubertatem non patent, ideoque puer podagrâ rariſſimè laborat. Gal. in com. Hipp. lib. de genit. Gal. 7. de decr. Hipp. & Platon. 1. de ſem. c. 9. 13. 14. de uſu part. c. 2.]

VI. Aphor. 49.

Ὁκόσα ποδαγρικὰ νοσήματα γίνεται, ταῦτα ἀποφλεγμήναντα ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσιν ἀποκαθίσταται.

Quicunque podagrici morbi fiunt, ij remittẽte inflammatione in 40. diebus ſedantur & conquieſcunt.

[Quia materia ſive humor peccans, qui in juncturis continetur, non die 14. aut 21. reſolvitur, ſed multo tempore ad reſolutionem indiget, morbi podagrici ad diem 40. prorogantur ad ſummum ex decidentiâ, ita ut ob humorum tenuitatem, ægri temperaturam temporis & victus, ante id finiri valeant, eſt enim 40. dies poſtremus terminus, ſi nihil à Medico, vel ægro peccetur. Galen. in com. Celſus lib. 4. c. 24. 5. aphor. 15. 10. de compoſ. medic. ſec. loc. & 2. 2. aph. com. 40. 4. aph. com. 44. 1. aph. com. 7. 3 progn. com. 1. 3. aphor. com. 44. 1. aph. com. 7. 3. progn. com. 1. 3. aph.

3. aphor. com. 23. 1. progn. com. 33.]

VI. Aphor. 55.

Τὰ ποδαγρικὰ καὶ μανικὰ τοῦ ἦρος καὶ τοῦ φθινοπώρου κινέεται ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ.

Podagricæ & maniacæ affectiones vere & autumno magnâ ex parte moventur.

[Quia verno tempore humores vitioſi hyemali tempore collecti, veris calore moventur & corrumpuntur, & ad cerebrum, vel ad corporis ſuperficiem promoventur. Autumnali verò tempore calor nativus debilis, humores ex eſu fructuum crudorum coacervatos infirmiùs regit, ideoque ſeroſi & bilioſi humores copioſi gignuntur, qui nec diſcutiuntur, nec evacuantur, & quando in partes debiliores & nobiles detruduntur; articulares & maniacas affectiones efficiunt. Gal. in com. 3. aph com. 20. & 22. 6. aph. 49.]

VI. Aphor. 59.

Ὁκόσοισιν ὑπὸ ἰσχιάδος ἐνοχλουμένοισι χρονίης τὸ ἰσχίον ἐξίσταται, καὶ πάλιν ἐμπίπτει, τουτέοισι μύξαι ἐπιγίνονται.

Quibus diuturno coxendicum dolore infeſtatis coxa excidit rurſumq́ incidit, iis mucores ſuperveniunt.

[Quia ligamentum, quo os fœmoris cavitati coxẽdicis, hoc coxæ copulatur ob mucorem copioſum madeſcit & fit laxum, ideo facilè à cavitate fœmoris excidit, & rurſus facilè recidit. Gal. in com.6.aph.com. 49. 1.prorrh. ſe. 2. M.M.cap.1.] Hipp.lib.de art.ſect.25. 26.lib.de Oſſ. c. 21.

VI. Aphor. 60.

Ὁκόσοισιν ὑπὸ ἰσχιάδος ἐνοχλουμένοισι χρονίης τὸ ἰσχίον ἐξίσταται, τουτέοισι φθίνει (τήκεται) τὸ σκέλος, καὶ χωλοῦνται, ἢν μὴ καυθῶσιν.

Quibus diuturno coxendicum dolore infeſtatis coxa excidit, iis crus contabeſcit, & claudicant, niſi urantur.

[Quia coxæ caput ob mucoris frigiditatem & multitudinem fit lubricum, hinc pars luxata ob caloris nativi ex dolore diuturno imbecillitatem, ἀτροφίᾳ corripitur & contabescit, tandemque claudicatio ſequitur. Gal. in com.art.curat. ad Glauc. Hipp. 1 de artic.c.43. 10. de compoſ. med. ſect. loc. Paul.l.6.c.76.]

Vide

Vide aph.	16	ſ.	3	ſub t. de	febr. longis.
	20		3		melãcholiâ.
	22		3		quartanâ.
	31		3		apoplexiâ.
	20		4		dol. ventris.
	31		4		rel. fe. ſympt.
	44		4		febr. longis.
	45		4		febr. longis.
	74		4		affect. nariũ.
	25		5		convulſione.
	29		6		affect. uteri.
	46		6		Tuſſi.

APHORISMI PRACTICI.

De Præservatione.

1. In præſervatione arthritidis diæta maximi momenti eſt, absque hac enim medicamenta etiam nobiliſſima plus nocent, quàm proſunt. Novi enim nonnullos, qui hoc malum ſolâ victus ratione expugnarunt.

2. Omnis ergo aëris exceſſus in qualitatibus vitetur.

3. Cibus ſit boni ſucci & facilis coctionis.

4. Panis ſit probè ſubactus & coctus.

5. Ova recentia, jura carnium pin-

gviuſcula, Capones, Galli gallinacei, Perdices & aliæ aves ſylveſtres.

6. Eâ lege tamen, ne & his plus juſto utendum, quia nimiam copiam boni ſangvinis generando in vitium abeunt & arthritidis fomitem ſuggerunt, fluxionibus materiam ſubminiſtrando.

7. Carnes vitulinæ & hædinæ tenellæ, ſi conditurâ levi aromatum mucus illis ademptus fuerit, item carnes vervecinæ, bubulæ, ſi non veteres, duræ, aut fumo exiccatæ, aut ſalitæ, non nocent.

8. Piſces in aquis paluſtribus degentes & ſquamis carentes, ut angvillæ, muſtelæ, aquaticæ aves, lacticinia, quocunq; artificio ea præparata, & alij crudi cibi, quiq; ut dictum difficilis coctionis ſunt, juncturis ſemper adverſantur, ut Braſſica ſalita ſawr Kraut / quia ſalſuginem & mordacitatem ſangvini inducit.

9. Vini uſus fortis, ſi quicquam aliud, pernicioſus eſt, in hoc morbo, quia ſuâ tenuitate partium traducit & commovet quicquid in corpore con-

continetur, effumat ad caput, vagabundos humores in partes principes rejicit, ubi verò ventriculus frigidus, licebit ſumere vinum defæcatum vetus, non acre, verùm modicè.

10. Varietas ciborum in unâ menſâ, crapula & guloſitas, ira, hujus affectus cauſſam valdè augent.

11. Si in unâ menſâ aliquid in qualitate peccatum ſit, ſeqventi detrahendum, imò ſi podagricus in ſeptimanâ ſemel à cœnâ abſtineret, contra rationem non eſſet.

12. Coitus immodicus vitandus.

13. Somnus meridianus fugiendus, ſit is nocturnus 7. vel 8. horarum, ſi quid nocturno ſomno ademptum fuerit, ſatius erit id antelucanis, vel ſaltem antemeridianis horis compenſare.

14. Exercitia, cujuscunque ſint generis, cibos antevertant & ſint moderata, ne fatigatione membris introductâ locus pateat excrementorum collectioni.

15. Balnea aquæ dulcis tepidæ non pro-

proſunt, quia pedum articulos laxant, emolliunt, dilatant unde aptiores redduntur excipiendis crudis ſuccis.

16. Probantur, præmiſſis præmittendis, aquæ minerales ſalſæ, aluminoſæ, nitroſæ, bituminoſæ, ſulphureæ, quæ exiccando & abſumendo ſuperflua robur à ſe relinquunt.

17. Affectus animi, ut ira, triſtitia, mœror &c. dolores podagricos vehementer promovere, tàm verum, quàm quod veriſſimum.

De Curatione.

1. In curatione arthritidis ubi nuda qualitas lædit juncturas, quod certè rariſſimè fit, ſolis alterantibus utendum.

2. Humor influens inhibendus, in fluxus evacuandus.

3. Vena, ubi plethora & febris metuenda, præmiſſo enemate, ſtatim in brachio, & quidem oppoſiti lateris, revulſionis gratiâ aperienda: Ubi autem pituitoſus humor abundat, venæ ſectio plus nocet, quàm prodeſt.

4. In dolore Iſchiadico vena Iſchias minor

minor, die Gicht-Ader/ ſæpe præſervationis & curationis gratiâ aperitur, ſicut ego ipſe non abſque fructu expertus ſum.

5. His ita præmiſſis, viſcoſus humor & craſſus ante præparationem non evacuandus, quia non fluit, concocta enim medicari oportet, non cruda &c. inquit Hipp. 1. aphor. 22.

6. Electivè ergo purgantia in principio non præſcribenda, quia humorem fluxilem & bonum evacuant, relicto craſſo.

7. Vomitus ſæpè hujus morbi, imprimis inaſſvetis, medicina exiſtit, verùm cavendum, ne vomitoria ſint fortia.

8. Sudorifera, præmiſſis univerſalibus, exhibita ex Rad. Chinæ, Saſſafras, C. Cervi, Sarſaparilla & alijs parata, non nocent. Prodeſt etiam C. C. præp. Terra Sigil. item antimonium diaphoreticum cum aq. Carduibenedicti exhibitum &c.

9. Si febris podagricis accidat, ut febricitantes ſunt tractandi.

10. Topica in hoc affectu, imprimis humi-

humida & pingvia cautè applicanda, farina hordei ſacculo incluſa in biliosâ arthritide frigidè, in pituitosâ verò calidè adhiberi poteſt &c.

11. Narcotica non niſi urgente neceſſitate ſunt adhibenda, ſtupefaciunt enim, humores incraſſant, & ſic curationem retardant.

12. Humor ergo, qui in articulis continetur, & cauſſa doloris debito modo evocetur, diſcutiatur, ita tamen, ne novò affluxui occaſio præbeatur.

13. In podagrâ nodosâ prodeſt, G. ammoniaçum, Tacamahaca, Caranna in aceto diſſol.

14. Interdum impacti tophi ad ſuppurationem perveniunt, ideoque non puris pingvibus medicamentis tractandi, prodeſt ergo ungventum ex Terebinth. propter nervos & nervoſas partes Vitel. ovi, pul. Maſtich. & thuris, ol. Lumbricor. &c. paratum.

15. Alvus ſemper ſit laxa, quia quotidie in podagricorum corporibus humiditates colliguntur.

16. Licet Arthritis communis ſit omnibus ætatibus, ſicuti Moravi experiun-

riuntur, ſæpiùs tamen in ſenibus, potiſſimum guloſis & luxurioſis, ob ſeroſorum humorum copiam, qui in ſenili ætate multiplicantur, obſervamus.

17. Viri ſæpiùs incidunt in hunc morbum, quàm mulieres, quia licet mulieres ſint frigidiores & majorem copiam humiditatum, ſive ſeroſorum humorum habeant. Tamen calor earum non eſt ſufficiens ad liquandum humorem, hinc incraſſeſcit & ad juncturas non fluit; Deinde ſuas ſuperfluitates menſtruorum fluxu expellunt.

18. Podagrici dolores moventur verno tempore, propter humorum copiam, autumnali, propter malitiam, æſtivo verò propter calorem illos diſſolventem.

19. Cauteria in hoc morbo exterioribus partibus impreſſa, multum proſunt.

APHO-

APHORISMI AD CHIRURGIAM MAXIME ATTINENTES.

DE AFFECTIBUS CAPILLORUM.

Vide aph.	11	ſe.	5	ſub t. de	Phthiſi.
	22		5		Phthiſi.
	23		6		Aff. artic.

DE CALVITIO, CAPILLORUM PROFLUVIO PROPRIE SIC DICTO, areis, quæ alopecia & ophiaſis.

APHORISMI PRACTICI.

1. In Calvitio curando primò optima diæta obſervanda, & in hac ſex res non naturales complecti volumus.

2. Aër ſit temperatus, declivis potiùs ad caliditatem & humiditatem, quàm ad alias qvalitates.

3. Cibus ſit facilis coctionis, corruptioni non obnoxius, neque varius, nimis acris, ſalſus.

4. Potus ſit vinum tenue, clarum, non potens, antiquum, item cereviſia defæcata.

5. Abſtineat patiens à nimiâ repletione, Venere immodicâ, ab omnibus nimium exiccantibus, exercitio nimio, impri-

imprimis ſtatim poſt ſumptum cibum.
6. Si humor peccans fuerit ſangvis copioſus, vel cum ſangvine educibilis, præmiſſo enemate, vel alio medicamento minorante, vena ſecanda.
7. Humor deinde, præmiſsâ digeſtione, evacuandus.
8. His peractis, ad localia deveniendum. In arcendâ igitur hac fœditate cutis imprimis habenda ratio.
9. Sangvinem, & quidem ad cutem affluentem, non impedire, ſed potiùs prolectare debemus.
10. Deinde aſtringentium ſit uſus, ſi cutis laxior, nec non rarefacientium, ſi eadem conſtrictior.
11. Verùm nimis rarefacientia ſunt fugienda, quia his capilli conſervari nequeunt, licet generentur, ut & nimis ſiccantia.
12. Si calvitium ſit à nimiâ frigiditate, calida adhibenda, ſi à nimiâ humiditate craſsâ, cutis poros obſtruente, medicamentis appropriatis removenda.
13. Si à defectu humoris, ut in phthiſi & ſenectute, difficulter, vel nunquam curatur.

14. Si à Lue Venereâ, alexipharmaca præſcribenda, de his vide autores, qui de hac ſcripſerunt.

15. Canitiem quod attinet, quando hanc in lõgius protrahere, ſeu tardare, aut obſcurare, vel occultare volumus, quod calefaciendo, ſiccando, aſtringẽdo, immutando fieri commodè poſſit, cavẽdum, ne apoplexiam, Epilepſiam, deſtillationem periculoſam, Catochen, aut mortem ipſam cauſſemus.

16. Achorum curationẽ quod attinet, & quidem in infantibus, enitendum, ut matri, vel nutrici proſpiciamus.

17. In natu majoribus omnium primò de phlebotomiâ, premiſſo enemate, vel minorante medicamento, proſpiciendum. Deinde humor peccans præparandus & evacuandus.

18. Si plethora adſit, vena etiam in malo confirmato, revulſionis & derivationis gratiâ, aperienda.

19. Cibis æger optimi nutrimẽti veſcatur.

20. Caveat ab aëre humido, frigore, vehementi motu corporis & animi, à ſalſamentis, à carne porcinâ ſallitâ & non ſallitâ, ab acetarijs, lacticinijs, à legumi-

guminibus, à fungis, tuberculis &c.
21. Capilli ſæpè abradendi, fortiter caput fricetur cæpâ, vel panno aſpero: deinde alia pro re natâ topica adhibenda. Gargariſmi & apophlegmatiſmi, ubi pituita abundat, etiam non nocent.
22. Favus (vocatur Μελικηρὶς, μελικηρίον, at impropriè) eſt etiã capitis puſtula, & citò curatur, quãdo in principio inſtituitur optima victus ratio, & humor peccans, præmiſſis præmittẽdis, evacuatur.
23. Quia Achores & favi non multùm differunt, ideoq; medicamenta parum mutanda.
24. Si Capilli in hoc & priori affectu decidant, ad alopeciæ & ophiaſis curationem recurrendum.
25. Si adhuc ſit affluxio & malũ in principio, aſtringentia ad affluxum cohibẽdum, ut tamen ſemper puerorũ & illorum, qui ætatis ſunt provectioris ratio habeatur, ſunt præſcribenda.
26. Si verò malũ ſit confirmatũ, diſcutientia, abſtergentia, incidentia, coquentia, emollientia, ſiccantia præſcribẽda, ingenio tamẽ diſparili, prout vel ſuperficiem, vel profundum magis obtinent.

27. In dolore anodina urgente neceſſitate adhibenda.

28. Iis, qui furfures, ſquamulas tenues in capite alunt, ſcarificatio, Errhina, gargariſmi, præmiſſis præmittendis, proſunt.

DE TUMORIBUS p.n. TUBERCULIS ET INFLAMMATIONE, in genere & in ſpecie.

IV. Aphor. 82.

Ὀκόσοισιν ἐν τῇ οὐρήθρῃ φῦμα γίνεται, τουτέοισιν διαπυήσαντος καὶ ἐκραγέντος, λύσις.

Quibus in urinariâ fiſtulâ tuberculum naſcitur, iis, factâ ſuppuratione & ruptione, ſolutio fit.

[Quia ſublatâ cauſâ tollitur effectus. Galen. in com. 7. aph. com. 87. Hipp. in Coac. Celſ. l. 2. c. 8. 3. aphor. com. 26. 6. de morb. vulg. com. 1. & 29. 2. progn. com. 64. lib. de differ. morb. c. 5.]

V. Aphor. 23.

Ἐν τουτέοισι γὰρ δεῖ τῷ ψυχρῷ χρέεσθαι, ὁκόθεν αἱμοῤῥαγέει, ἢ μέλλει, μὴ ἐπ' αὐτὰ, ἀλλὰ περὶ αὐτὰ, ὁκόθεν ἐπιῤῥεῖ. καὶ ὁκόσαι φλεγμοναὶ

μοναὶ ἢ ἐπιφλογίσματα ἐς τὸ ἐρυθρὸν καὶ ὕφαιμον ῥέποντα νεαρῷ αἵματι, ἐπεὶ τάγε παλαιὰ μελαίνει, καὶ ἐρυσιπέλας τὸ μὴ ἑλκούμενον, ἐπεὶ τόγε ἑλκούμενον βλάπτει.

Frigido in his utendum, undè fluit aut fluxurus eſt ſangvis, non tamen ſupra ipſas partes, undè fluit, ſed circa ipſas admoto, aut ſupra quoscunque phlegmones aut deflagrationes ad rubrum aut ſubcruentum recenti ſangvine tendentes, veteres namq; denigrat, & ſupra eryſipelas non ulceratum, ſiquidem ulceratum lædit.

[Frigida recentibus inflammationibus proſunt, calorem enim præternaturalem extingvunt & fluxionem repellunt: Veteribus autem, imprimis à ſangvine craſſo, nocent, quia calorem nativum mortificando livorem & nigredinem inducunt, reſolutionem impediunt, imò ſangvinem craſſiorem efficiunt. Deindè eryſipelati non ulcerato commodant, quia fervorem ſangvinis & bilis acrimoniam, è quibus procreatur, extinguunt: Sed exulcerato nocent, frigidum enim ulceri inimicum & dolores excitat, hinc partes dolentes ſemper fluxiones ad ſe alli-

allicíunt. Gal. in com. 2. aph. com. 28. 4. de ſimpl. medic. facult. 2. 4. M.M. cap. 3. 6. aph. com. 8. & 45. 5. aph. com. 43. & 65. 4. aph. com. 34. 1. progn. com. 33. lib. de tum. p.n. 2. artis curat. ad Glauc. cap. 2.]

V. Aphor. 66.

Ἢν τραυμάτων ἰσχυρῶν καὶ πονηρῶν ἐόντων οἴδημα μὴ φαίνηται, μέγα κακόν.

Si in vulneribus magnis & pravis tumor non appareat, ingens malum eſt.

[Quia humor, qui aliàs in partem dolentem fertur, in partem nobilem transfertur, hinc ob naturam dejectam & victam, in dorſo convulſionem, in partibus verò anterioribus inſaniam & plevritidem minatur. Galen. in com. 2. Epidem. in fine ſect. 3. Celſ. lib. 5. cap. 26. 2. de temperan. 3. M.M. 1. lib. de rigor. & convulſ. 5. aph. com. 2. 6. aphor. com. 19. 5. aph. 68. 4. aph. com. 32.]

V. Aphor. 67.

Τὰ χαῦνα χρηστὰ, τὰ δὲ ἔνωμα κακά.

Tumores molles boni ſunt, crudi verò mali.

[Mol-

[Molles tumores ſignificant materiam, ſive humorem, minimè rebellem, id eſt, qui diſcuti & calori concoquenti obedire queat. Crudi verò, ſive duri tumores & renitentes, ſignificant humorem crudum, craſſum, valenter impactum, & ad ſuppurationem & digeſtionem rebellem eſſe. Galen. in com. Hipp. 6. Epidem. 2. ſect. 2. Epidemior. 1. progn. com. 33. 38.

Vide aph.	15	ſectionis	2	ſub titulo de	aff. gutturis.
	20		3		Melancholiâ.
	24		3		affect. aurium.
	26		3		anhelitu.
	34		4		rel. feb. ſympt.
	35		4		rel. febr. ſympt.
	44		4		febrib. longis.
	45		4		febribus longis.
	26		5		Convulſione.
	40		5		aff. mãmarum.
	66		5		Convulſione.
	37		6		affect. gutturis.
	40		6		rel. febr. ſympt.
	8		7		aff. cordis.
	49		7		aff. gutturis.

APHORISMI PRACTICI.

1. In tumoribus medici ante omnia debent cohibere affluxum, deinde quod influxit, evacuare.

2. Cohibendus affluxus revulſionibus, repellentibus, item partem confirmantibus, ejusque temperiem conſervantibus medicamentis.

3. Quod influxit, vacuamus partim aſtringentibus, cum humor eſt tenuis, nec impactus, partim diſcutientibus & reſolventibus, cum humor vel craſſus, vel impactus.

4. Tumor itaque ſi reſolventibus aut diſcutientibus non ceſſerit, abſceſſum ſuppurantibus conficito, ſemper tamen diſcutientia miſceto. Et hæc de tumoribus in genere.

5. In tumore aqueo & flatulento victus ratio ſit calida & ſicca: omnes ergò fructus flatulenti & crudi fugiendi.

6. Clyſteres diſcutientes flatus, & humores viſcoſos educentes, ordinandi.

7. Humores frigidi debito modo præparandi & evacuandi.

8. Ven-

8. Ventriculus corroborandus.

9. In ſummâ, Medicus partes corporis, tumores (ſive ſint calidi, frigidi, aquei, flatulenti,) alentes conſiderare & ſecundum rationem & indicationes tractare debet.

10. Conveniens victus, qui in ſex rerum non naturalium uſu verſatur, præſcribendus.

11. Humor influens revellendo & repellendo, ſi non ſit venenoſus, vel Criticus, cohibendus, & qui parti inhæret diſcutiendus.

12. Vena partis oppoſitæ, modò plethora adſit, aperienda.

13. Ante venæ ſectionem Clyſter injiciendus.

14. Si vena non ſecanda, cucurbitulæ revulſionis gratiâ partibus oppoſitis apponendæ.

15. Si cacochymia adſit, humor præparandus, deinde evacuandus.

16. Quando verò humor inhærens impactus diſcuti nequit, ſuppurantia medicamenta pus conficientia præſcribenda, relictis refrigerantibus & repellentibus.

17. Quando pus confectum, cauterio, vel ſcalpello, vel medicamento aliquo, in loco convenienti & tempore opportuno abſceſſus aperiatur, ne partes vicinæ lædantur.

18. Aperto abſceſſu, debito modo tractandus, nimirum digerentibus, detergentibus, mundificantibus & tandem conſolidantibus.

DE ERYSIPELATE.

VI. Aphor. 25.

Ἐρυσίπελας ἔξωθεν μὲν εἴσω τρέπεσθαι, οὐκ ἀγαθὸν. εἴσωθεν δὲ ἔξω, ἀγαθόν.

In eryſipelate quod foris eſt intrò verti, non bonum: ab internis verò foràs ſeu extra, bonum.

[Non ſolùm in eryſipelate, verùm etiam in omnibus morbis bonum eſt, quando cauſa morbi ex profundis & principibus partibus transfertur ad cutem. Econtrà verò quando eadem cauſa vel humor peccans ad internas & profundas partes transmutatur, malum. Galen. in com. 3. Epid. 3. com. 25. 4. aphor. com. 48. 7. M. M. c. 13.] Lib. 3. progn.

VII. A-

VII. Aphor. 19.

Ἐπὶ ὀστέου ψιλώσει ἐρυσίπελας, κακόν.

Ab oſſis denudatione Eryſipelas, malum.

[Quia ſignificat humorem, vel ſangvinem bilioſum & acrem confluere, qui ſuâ acrimoniâ partes adjacentes exedit, & novam carnem ſuâ dyſcraſiâ renaſci prohibet. Hipp. 7. aphor. 19. 45. Gal. in com. 7. aph. com. 55. 2. aphor. com. 11.]

Vide aph.	23	ſe.	5	ſub t. de	tumor. p. n.
	43		5		aff. uteri.
	20		7		Empyemate.

APHORISMI PRACTICI.

1. In Eryſipelate victus ratio ſit, qualis febrientium, humida, frigida, & incraſſans.
2. Omnia pingvia, dulcia, acria, & calida vitanda, quia facilè in bilem mutantur & ſic morbum augent.
3. Humor bilioſus avertendus.
4. Vena in plethorâ & ſummâ urgente neceſſitate & corpore non bilioſo, ſecanda: In corpore verò bilioſo fugi-

fugienda, qvia ſangvis eſt bilis frænum, & venâ ſectâ magis ſævit.

5. Ante venæ ſectionem alvus enemate laxanda; poſtea cholagogum catharticum exhibendum.

6. Topica quod attinet, in principio humida & frigida, in ſtatu verò & declinatione ſiccantia proſunt.

7. Omnia enim actu frigida, maximè æſtate, probantur: Sed cautè applicanda, cavendumque, ne pars uſu refrigerantium nigra fiat.

8. Symptomata etiam, ut ſunt febris, dolor capitis, vigiliæ, ſitis &c. non negligenda.

DE GANGRÆNA ET SPHACELO.

VII. Aphor. 50.

Ὁκόσοισι σφακελισθῇ ὁ ἐγκέφαλος, ἐν τρισὶν ἡμέρῃσιν ἀπόλλυνται. ἢν δὲ ταύτας διαφύγωσιν, ὑγιέες γίνονται.

Quibus cerebrum in corruptelam vertitur, intra tres dies pereunt, ſi verò hos ſuperaverint, ſani fiunt.

[Quia ſignificat morbum declinare & vires fortes eſſe, & materiam morbi

in ce-

in cerebro collectam paucam eſſe & corruptionem (quæ non completa) vincere poſſe. Gal. in com. & 4. de vict.acut.35. Hipp.in 2.& 3. l. de morb. 7. aph. com. 14. 7. de decret. Hipp. & Plat.lib. de tum. c. 9. 12. 2. art.curat. ad Glauc. c.10.]

Hip. lib. de art. 3. item de fract. 2.

APHORISMI
PRACTICI.

1. Victus ratio conveniens præſcribenda, quatenus refrigerans & putredini reſiſtens ſit.

2. Materia partim venæ ſectione, partim laxantibus medicamentis avertenda.

3. Cor medicamentis confortantibus, ut epithematibus & potionibus cardiacis, perlatis, conſervis &c. roborandum.

4. Cavendum, ne partis gangrænâ laborantis color in lividum, aut nigrum vertatur.

5. Qvando partis putredo & mali ſævitia idoneis medicamentis non ceſſat, ſcarificationes profundæ faciendæ.

6. Cauſticum etiam medicamentum inter

inter partem ſanam & ægram apponendum.

7. Locus tamen in ambitu ſemper aliquo emplaſtro, vel ungvento defendendus, ut eſt Emplaſtrum, vel ungventum de bolo & minio cum Camphorâ.

8. Danda eſt etiam opera, ut eſchara cauſtico facta decidat, quod fit butyro &c.

9. Quando autem Gangræna in Sphacelum mutatur, tunc mox membrum ſerrâ reſecandum, ne membrum ſanum in ſimilem trahatur affectum.

10. Caveant tamen ſibi juniores practici, ne temerè, ſed quaſi precibus impulſi, hoc opus aggrediantur, ita ut magis inviti, quàm volentes aggreſſi videantur.

DE STRUMIS.

Vide aph. 26. ſect. 3. ſub tit. de anhelitu.

APHORISMI
PRACTICI.

1. In curatione ſtrumarum, victus ratio ſit, quæ ſiccet, moderatè calefaciat, humores attenuet.

2. Satietas nocet, fames ècõtrà prodeſt.

3. Quies

3. Quies & otium, malæ; ècontrà ante prandiũ & cœnam, motus optimus.

4. Medicamenta ergo, quæ præſcribi debent, habeant vim incidendi, attenuandi, detergendi, aperiendi.

5. Materia antecedens, præmiſſis præmittendis, evacuanda.

6. Topica etiã habeant vim emolliendi, incidendi, attenuandi & digerendi.

7. Strumæ in caſu neceſſitatis tutiùs corroſivis, quàm ferro extirpantur.

8. Uſus aquarum mineralium, maximè aluminoſarum & ſulphurearum, quia attenuãt, teſte Arnoldo, nõ nocet.

9. Chirurgi à ferro & medicamentis acutis in magnarum ſtrumarum curatione abſtinere debent.

DE CANCRO.

VI. Aphor. 38.

Ὁκόσοισι κρυπτοὶ καρκῖνοι γίνονται, μὴ θεραπεύειν βέλτιον. θεραπευόμενοι γὰρ τάχιον ἀπόλλυνται. μὴ θεραπευόμενοι δὲ, πολὺν χρόνον διατελοῦσιν.

Quibus occulti cancri fiunt, eos non curare melius eſt. Si enim curantur, celeriùs moriuntur: Si verò non curantur, longiore tempore durant.

[Pla-

[Placandi igitur ſunt & mitigandi ejusmodi cancri, medicamentis dolorem ſedantibus, ſaniemque eluentibus. Radicitùs enim in partibus corporis profundioribus & interioribus exſcindi non poſſunt. Nam Gal. ait: Cancer occultus, non, niſi radicitùs, & quidem ferro extirpetur, curatur, non ergo irritandi vel exacerbandi cum periculo vitæ. Gal. in com. 4. Aphor. com. 24. lib. de atrâ bile. libr. de tum. p. n. cap. 8. & 13. 2. art. curat. ad Glauc. c. 11. & 12. 4. aphor. com. 2.]

APHORISMI PRACTICI.

1. Victus ratio frigida & humida non negligenda, id eſt, omnis cibus atram bilem generans, calidus, & ſangvinem adurens, vitandus.

2. Materia antecedens, præmiſſis præmittendis, evacuanda.

3. Vena etiam, ſi plethora adſit, brachij dextri aperienda.

4. Ubi fluxus aliquis criticus, ſive ſit menſtruus, vel hæmorrhoidalis, ſuppreſſus, provocandus.

5. Con-

5. Confortantia, quæ cor & epar corroborant, præſcribenda.
6. His præmiſſis, topica ordinanda quæ diſcutiunt, humorem impactum, & partem ægram confirmant.
7. Cavendum, ne cancer occultus fiat ulceratus, ideoque medicamenta, quæ ſuppurationem adjuvant, vitanda. Econtrà ungventum populeonis in cancro ulcerato valdè prodeſt &c.
8. Cancer incipiens, ferro facilè, ut ſuprà dictum; Confirmatus verò & ulceratus, non, niſi radicitùs extirpetur, curatur: quod rariſſimè, vel nunquam fit.

DE BUBONIBUS.

Vide Aphor. 55. ſect. 4. ſub tit. de reliq. febr. ſympt.

APHORISMI
PRACTICI.

1. Bubones non peſtilentes, qui in emunctorijs & adenibus naſcuntur, plerumque ſunt Critici: ideoque neque vena ſecanda, neque purgantia propinanda: nec etiam humor repellendus: In ſummâ, naturam non impedire, ſed adjuvare debemus.

2. Quando verò bubones ex doloribus partium extremarum oriuntur, evacuatio per purgationem & venæ ſectionem non prohibenda.

3. In bubone venereo proſunt præparantia, præmiſſis præmittendis, Mercurialia & alexipharmaca medicamenta.

4. Si tumor diſcuti non poſſit, ad ſuppurantia confugiendum.

5. Et ſi opus fuerit, præmiſsâ venæ ſectione, catharticum etiam exhibendum.

6. In curatione bubonis exulcerati medicus detergentia, diſcutientia & alia, quæ ad curationem neceſſaria, negligere non debet.

7. Mercurialia & antimonialia medicamenta in curatione bubonis venerei ſunt nobiliſſima, meliora etiam haberi non poſſunt.

DE PUSTULIS, HERPETE, ET RELIQUIS SPECIEBUS SCABIEI.

VI. Aphor. 9.

Τὰ πλατέα ἐξανθήματα, οὐ πάνυ τι κνησμώδεα.

Lata

Latæ puſtulæ non admodũ pruriginoſæ ſũt.

[Quia earum humor non eſt admodum calidus & acris, habent etiam majorem transpirationis locum. Gal. in cõ. 6. Epid. 2. com. 29. 6. de morb. pop. com. 2. 2. de ſympt. cauſ. c. 6.]

Vide aph.	20	ſect.	3	ſubt. de	Melanchol.
	31		3		Apoplexiâ.
	22		3		dol. capitis.

APHORISMI PRACTICI.

1. Quia cauſa ſcabiei eſt ſangvis craſſus, ideoq; evacuatio per purgationem & venæ ſectionem inſtituenda.
2. Optima victus ratio non negligẽda.
3. Cibi inſipidi, aceroſi, humidi, non facilè putreſcentes, ſcabioſis proſunt. E contrà lac, lacticinia, piſces non habentes ſquamas, in ſummâ omnes, qui facilè putreſcunt &c. nocent.
4. Balneorum uſus, nec non topica medicamenta, ante evacuationem univerſalem non conveniunt.
5. Quantò ſcabies ſiccior, tantò ſiccioribus, ut Rhaſes vult, indiget auxilijs.
6. Scabioſis prodeſt acetum, intemperiem enim calidam corrigit & cibos à corruptione vindicat.

7. Frequens tunicarum mutatio, manuum frequens lotio plurimùm juvant ad pruritus & ſcabiei curationem.

8. In ſcabie, imprimis ferâ, repercutientia in principio nocent, partes enim interiores læduntur.

Vitiligo. 9. Vitiligo, quæ eſt ſpecies ſcabiei antiquæ, difficulter curatur: ideoque medicus nihil temerè promittere debet.

Elephãtiaſis. 10. Elephantiaſis eſt morbus venenatus in terrenâ ſubſtantiâ, totius corporis naturam immutans, inquit Fernelius.

11. Curatur in principio venæ ſectione, medicamentis minorativis, digerentibus, deinde purgantibus fortibus. Tota enim curatio conſiſtit in frequenti materiæ evacuatione.

12. Topica, ante univerſalem evacuationem, nullo modo applicanda, obſtruunt enim poros.

13. Qui vult curare hanc ſcabiem, tres concoctiones, imprimis tertiam, roborare debet.

14. Coitus in hac, ſicuti in omni ſcabie eſt venenum.

15. Nonnulli putant, præmiſſis præmittendis, nullum præſentius medicamentum eſſe ad elephantiaſin, quàm sūt Elleborus niger, caro viperarum, & ſerpentes nigri montani.

16. In hac ſcabie pili citiùs cadunt in ſupercilijs, quàm in alijs membris, quia oſſibus ſunt proximiores, & alimentum bonum etiam citiùs deficit.

17. Nonnulli ſcribunt, teſtium amputatione multos ab Elephantiaſi fuiſſe liberatos, his enim amputatis calorem epatis remitti & ſangvinem non aduri.

18. In omni Herpete, ſimplici, exedente & miliari, optima victus ratio nullo modo negligenda. *Herpe.*

19. Cavendum, ne Herpes dilatetur & totum corpus circumeat, quando hoc fit, Medicus parum medicamentis efficiet.

20. Materia antecedens avertenda, averſio autem fit revulſionibus, nec non uſu catharticorum medicamentorum.

21. Vena non, niſi plethora adſit, aperienda.

3. In dolore vulnerum anodyna cautè, Narcotica verò, non niſi urgente neceſſitate, adhibenda.

4. Deligaturæ fortes vitandæ, quia inflammant.

5. In lipothymiâ, vel ſyncope, ſtatim cordi, & quidem alexipharmacis, ſi à veneno; anodynis verò, ſi à dolore &c. ſuccurrendum.

6. Si æger debilis naturâ, antequàm faſciæ disligentur, juſculum vel panem in vino maceratum ſumat, vel galangam, aut cinamom. in ore teneat.

7. Nimia hæmorrhagia (licet Chirurgi in vulneribus interdum venam aperiri curent) non negligenda, ſangvis enim eſt theſaurus vitæ: ſed fotu, frictionibus, ligaturis, cucurbitulis, It. venæ ſectione, nec non Laudani opiati exhibitione, urgente neceſſitate, ſiſtenda.

8. Delirij in vulneribus ſunt cauſæ variæ, aut enim fit partis principis læſione, aut fit à morſu animalis rabidi, aut fit à dolore, vel inflammatione, quas Chirurgus diligentiſſimè conſiderare debet.

9. Ab

9. Ab ijsdem cauſis quoque fiunt febres ſymptomaticæ, maturè itaq; Chirurgus alexipharmacis confortantibus, & ſi opus fuerit, venæ ſectione & purgatione ſuccurrere debet.
10. Si paralyſis ex vulnere muſculi, vel nervi accidit, ea medicamenta, quæ in paralyſi à medicis præſcribuntur, non negligenda.
11. Ubi levis punctura, vel inciſio nervi, anodyna, ne acutiores dolores, vel alia Symptomata ſubſequantur, præſcribenda.
12. Omne vulnus à frigore & acribus medicamentis muniatur.
13. Convulſio ſæpè in vulneribus fit, ideoque conveniunt medicamenta venenum & malignos vapores educentia, quando ab inſtrumento venenato inflicta ſunt: Si verò à dolore magno & inflammatione inſigni orta ſit, proſunt inflammationem ſiſtentia.
14. Simplicis vulneris, nimirum in carne, labia conjungenda, & ſuturâ, ſive actuali, ſive potentiali retinenda; pars liganda & decenter collocanda,

[Placandi igitur ſunt & mitigandi ejusmodi cancri, medicamentis dolorem ſedantibus, ſaniemque eluentibus. Radicitùs enim in partibus corporis profundioribus & interioribus exſcindi non poſſunt. Nam Gal. ait: Cancer occultus, non, niſi radicitùs, & quidem ferro extirpetur, curatur, non ergo irritandi vel exacerbandi cum periculo vitæ. Gal. in com. 4. Aphor. com. 24. lib. de atrâ bile. libr. de tum. p. n. cap. 8. & 13. 2. art. curat. ad Glauc. c. 11. & 12. 4. aphor. com. 2.]

APHORISMI PRACTICI.

1. Victus ratio frigida & humida non negligenda, id eſt, omnis cibus atram bilem generans, calidus, & ſangvinem adurens, vitandus.

2. Materia antecedens, præmiſſis præmittendis, evacuanda.

3. Vena etiam, ſi plethora adſit, brachij dextri aperienda.

4. Ubi fluxus aliquis criticus, ſive ſit menſtruus, vel hæmorrhoïdalis, ſuppreſſus, provocandus.

5. Con-

5. Confortantia, quæ cor & epar corroborant, præſcribenda.

6. His præmiſſis, topica ordinanda quæ diſcutiunt, humorem impactum, & partem ægram confirmant.

7. Cavendum, ne cancer occultus fiat ulceratus, ideoque medicamenta, quæ ſuppurationem adjuvant, vitanda. Econtrà ungventum populeonis in cancro ulcerato valdè prodeſt &c.

8. Cancer incipiens, ferro facilè, ut ſuprà dictum; Confirmatus verò & ulceratus, non, niſi radicitùs extirpetur, curatur: quod rariſſimè, vel nunquam fit.

DE BUBONIBUS.

Vide Aphor. 55. ſect. 4. ſub tit. de reliq. febr. ſympt.

APHORISMI
PRACTICI.

1. Bubones non peſtilentes, qui in emunctorijs & adenibus naſcuntur, plerumque ſunt Critici: ideoque neque vena ſecanda, neque purgantia propinanda: nec etiam humor repellendus: In ſummâ, naturam non impedire, ſed adjuvare debemus.

2. Quando verò bubones ex doloribus partium extremarum oriuntur, evacuatio per purgationem & venæ ſectionem non prohibenda.

3. In bubone venereo proſunt præparantia, præmiſſis præmittendis, Mercurialia & alexipharmaca medicamenta.

4. Si tumor diſcuti non poſſit, ad ſuppurantia confugiendum.

5. Et ſi opus fuerit, præmiſsâ venæ ſectione, catharticum etiam exhibendum.

6. In curatione bubonis exulcerati medicus detergentia, diſcutientia & alia, quæ ad curationem neceſſaria, negligere non debet.

7. Mercurialia & antimonialia medicamenta in curatione bubonis venerei ſunt nobiliſſima, meliora etiam haberi non poſſunt.

DE PUSTULIS, HERPETE, ET RELIQUIS SPECIEBUS SCABIEI.

VI. Aphor. 9.

Τὰ πλατέα ἐξανθήματα, οὐ πάνυ τι κνησμώδεα.

Lata

Digitized by Google

Latæ puſtulæ non admodū pruriginoſæ ſūt.
[Quia earum humor non eſt admodum calidus & acris, habent etiam majorem transpirationis locum. Gal. in cō. 6. Epid. 2. com. 29. 6. de morb. pop. com. 2. 2. de ſympt. cauſ. c. 6.]

Vide aph.	20	ſect.	3	ſubt. de	Melanchol.
	31		3		Apoplexiâ.
	22		3		dol. capitis.

APHORISMI PRACTICI.

1. Quia cauſa ſcabiei eſt ſangvis craſſus, ideoq; evacuatio per purgationem & venæ ſectionem inſtituenda.
2. Optima victus ratio non negligēda.
3. Cibi inſipidi, acetoſi, humidi, non facilè putrescentes, ſcabioſis proſunt. E contrà lac, lacticinia, piſces non habentes ſquamas, in ſummâ omnes, qui facilè putreſcunt &c. nocent.
4. Balneorum uſus, nec non topica medicamenta, ante evacuationem univerſalem non conveniunt.
5. Quantò ſcabies ſiccior, tantò ſiccioribus, ut Rhaſes vult, indiget auxilijs.
6. Scabioſis prodeſt acetum, intemperiem enim calidam corrigit & cibos à corruptione vindicat.

7. Frequens tunicarum mutatio, manuum frequens lotio plurimùm juvant ad pruritus & ſcabiei curationem.

8. In ſcabie, imprimis ferâ, repercutientia in principio nocent, partes enim interiores læduntur.

Vitiligo. 9. Vitiligo, quæ eſt ſpecies ſcabiei antiquæ, difficulter curatur: ideoque medicus nihil temerè promittere debet.

Elephãtiaſis. 10. Elephantiaſis eſt morbus venenatus in terrenâ ſubſtantiâ, totius corporis naturam immutans, inquit Fernelius.

11. Curatur in principio venæ ſectione, medicamentis minorativis, digerentibus, deinde purgantibus fortibus. Tota enim curatio conſiſtit in frequenti materiæ evacuatione.

12. Topica, ante univerſalem evacuationem, nullo modo applicanda, obſtruunt enim poros.

13. Qui vult curare hanc ſcabiem, tres concoctiones, imprimis tertiam, roborare debet.

14. Coitus in hac, ſicuti in omni ſcabie eſt venenum.

15. Non-

15. Nonnulli putant, præmiſſis præmittendis, nullum præſentius medicamentum eſſe ad elephantiaſin, quàm sũt Elleborus niger, caro viperarum, & ſerpentes nigri montani.

16. In hac ſcabie pili citiùs cadunt in ſupercilijs, quàm in alijs membris, quia oſſibus ſunt proximiores, & alimentum bonum etiam citiùs deficit.

17. Nonnulli ſcribunt, teſtium amputatione multos ab Elephantiaſi fuiſſe liberatos, his enim amputatis calorem epatis remitti & ſangvinem non aduri.

18. In omni Herpete, ſimplici, exedente & miliari, optima victus ratio nullo modo negligenda. *Herp.*

19. Cavendum, ne Herpes dilatetur & totum corpus circumeat, quando hoc fit, Medicus parum medicamentis efficiet.

20. Materia antecedens avertenda, averſio autem fit revulſionibus, nec non uſu catharticorum medicamentorum.

21. Vena non, niſi plethora adſit, aperienda.

22. Topica quod attinet, ſicut Eryſipelas refrigerantia & humectantia; ita herpes refrigerantia & ſiccantia requirit.

23. Humor poſtquam defluxit, ſufficiunt exſiccantia, & minimè acria discutientia ordinanda.

24. Si verò humor ſuâ acrimoniâ ulcus effecit, tunc roborantia, ulcus detergentia & humoris affluxum prohibentia medicamenta præſcribenda: E contrà humectantia negligenda, quia ulceribus non conveniunt.

25. In herpete miliari materia peccãs etiam absque præparatione non evacuanda.

26. Venæ ſectio etiam locum non habet.

27. Topica in principio ſint diſcutientia, exſiccantia, & fervorem vel acrimoniam bilis extinguentia.

DE VULNERIBUS.

Vide aph.	2	ſect.	5	ſub t. de	Convulſ.
	67		5		tumor.p.n.
	18		6		aff.cordis.
	19		6		aff.pudend.

APHO-

APHORISMI PRACTICI.

1. Chirurgus ſequentia in vulnerum curationibus diligentiſſimè obſervare debet.

1. Si quid extranei inciderit debito modo extrahat. 2. Vulnera anguſta in omnibus corporis partibus turundis cautè & blandè aperta retineat, quod benè notandũ. 3. Vulnerum labia conjungat. 4. Faſcijs conjuncta ſuo in loco detineat. 5. Partium & temperamenti rationem habeat. 6. Hæmorrhagiæ nimiæ ſuccurrat. 7. Humorem, qui ad vulnus confluit, vel confluxit, concoquat, digerat, vel in pus convertat. 8. Pure confecto mundificantia & abſtergentia adhibeat. 9. Subſtantiæ carnoſæ deperditionem ſarcoticis reſtituat. 10. Cicatricem epuloticis medicamentis inducat.

2. Symptomata in vulneribus, ut dolor, inflammatio, animi deliquium, delirium, febris, hæmorrhagia, paralyſis, convulſio &c. interdum naturã morbi, ob vehementiam & magnitudinem induunt, ideò curationem exigunt.

3. In dolore vulnerum anodyna cautè, Narcotica verò, non niſi urgente neceſſitate, adhibenda.

4. Deligaturæ fortes vitandæ, quia inflammant.

5. In lipothymiâ, vel ſyncope, ſtatim cordi, & quidem alexipharmacis, ſi à veneno; anodynis verò, ſi à dolore &c. ſuccurrendum.

6. Si æger debilis naturâ, antequàm faſciæ disligentur, juſculum vel panem in vino maceratum ſumat, vel galangam, aut cinamom. in ore teneat.

7. Nimia hæmorrhagia (licet Chirurgi in vulneribus interdum venam aperiri curent) non negligenda, ſangvis enim eſt theſaurus vitæ: ſed fotu, frictionibus, ligaturis, cucurbitulis, It. venæ ſectione, nec non Laudani opiati exhibitione, urgente neceſſitate, ſiſtenda.

8. Delirij in vulneribus ſunt cauſæ variæ, aut enim fit partis principis læſione, aut fit à morſu animalis rabidi, aut fit à dolore, vel inflammatione, quas Chirurgus diligentiſſimè conſiderare debet.

9. Ab

9. Ab ijsdem cauſis quoque fiunt febres ſymptomaticæ, maturè itaq; Chirurgus alexipharmacis confortantibus, & ſi opus fuerit, venæ ſectione & purgatione ſuccurrere debet.

10. Si paralyſis ex vulnere muſculi, vel nervi accidit, ea medicamenta, quæ in paralyſi à medicis præſcribuntur, non negligenda.

11. Ubi levis punctura, vel inciſio nervi, anodyna, ne acutiores dolores, vel alia Symptomata ſubſequantur, præſcribenda.

12. Omne vulnus à frigore & acribus medicamentis muniatur.

13. Convulſio ſæpè in vulneribus fit, ideoque conveniunt medicamenta venenum & malignos vapores educentia, quando ab inſtrumento venenato inflicta ſunt: Si verò à dolore magno & inflammatione inſigni orta ſit, proſunt inflammationem ſiſtentia.

14. Simplicis vulneris, nimirum in carne, labia conjungenda, & ſuturâ, ſive actuali, ſive potentiali retinenda; pars liganda & decenter collocanda,

temperies naturalis conſervanda & ſymptomata impedienda, ut ſupra etiam dictum fuit.

15. Vulnus ſuperficiale ſine ſubſtantiæ perditione bono balſamo curetur.

16. In vulnere cum amiſſione ſubſtantiæ, Chirurgus operam dare debet, ut deperdita pars regeneretur & reſtituatur, quod in carnosâ parte facilè fieri poteſt: quando verò pars nervi, venæ, arteriæ, vel cutis, amputata, impoſſibile eſt reſtituere.

17. In vulneribus cutis loco cutis cicatrix regeneratur: ideoque cuti læſæ olea non conveniunt, hæc enim cicatricationem impediunt.

18. In vulneribus contuſis prodeſt venæ ſectio, alvus etiam ſit laxa.

19. In ejusmodi vulneribus medicamenta præſcribenda, quæ ſanguinem concretum diſſolvunt, defluxiones & inflammationes prohibent, glutinationes impediunt, dolores leniunt.

20. Quando in parte carnosâ humor non poteſt medicamentis reſolvi, ſed ad ſuppurationem tendat, naturam adjuvare debemus.

21. Pure concocto vomica aperiatur & debito modo tractetur.

22. Quando locus contuſus lividus, vel niger, aceto calido foveatur &c.

23. In cranij contuſione ſequentes aphoriſmi obſervandi. *Vulnera capitis.*

24. Quando ex caſu cranium læſum, ſive rima in ipſo obſervatur, capilli radendi: & ſi intra cranium & pericranium materiam aliquam collectã eſſe obſervamus, ſectio in modum crucis inſtituatur & materia evacuetur. Qvando verò ſub cranio ſangvinem contineri animadvertimus, trepano cranium perforare debemus, ne gravia ſubſequantur ſymptomata.

25. Cavendum tamen, ne fiat trepaniſatio propè ſuturas, propter exortum pericranij.

26. Chirurgi omnia vulnera capitis, etiam ſuperficiaria, imprimis eorum profunditates, diligentiſſimè inveſtigare debent.

27. Quando cranium fractum, & fractura exigua, ita ut ne pus effluе-

effluere, vel fragmenta cranij detrahi non poſſint, modiolo vel trepano (modò vires permittant) & quidem in loco decliviori, ubi nullæ ſuturæ, ut dictum, antè diem quartum, aperiendum.

28. Si os, vel cranium, eo in loco, ubi apertum, nigrum, ſcalpris & radulis, ſeparato prius pericranio, abradendum.

29. Cerebrum ejusque membranæ olea ferre non poſſunt, quia inflammant, & ſymptomata periculoſiſſima, imò mortem cauſant, ut experientia teſtatur, ideoque fugienda.

30. Vulnera ergo cerebri non ſemper lethalia, quando omnia rectè adminiſtrantur, id eſt, ubi in nullo peccatum eſt, nec ventriculi cerebri læſi ſunt. Exempla habemus apud Gal. lib. 8. de uſu part. Guidonem, Paræum, Schenckium &c. Novi quoque ſtudioſum, cujus caput ante 36. annos gladio quodam Turcico (Türckiſchem Säbel) à lanio, eâ in parte, ubi falx cerebri obſervatur, in duas partes usque ad corpus calloſum diviſum fuit. Hoc vul-

vulnus Excellentiſſimi, Clariſſimi, & Experientiſſimi Medici Dn. D. Andreas Scato. Dn. D. Erneſtus Hettenbachius, olim Wittebergæ Profeſſores publ. & Præceptores mei chariſſimi atque colendi, nec non meus ſocer Daniel Mittelſtädt p. m. Chirurgus feliciſſimè curarunt. Item Anno 1622. Menſe Septembri ſutoris ſervus, cujus cerebri ſubſtantia etiam gladio vulnerata, per me & compatrem meum Andream Fiſchern / Balneatorem, curatus fuit. Cur autem patientes, quando cerebrum vulneratum, ſæpiſſimè intereant, etiamſi ventriculi cerebri non ſint læſi? Hoc fit inſcitiâ & ignorantiâ Chirurgorum, qui hujusmodi vulnera benè, id eſt, ſecundum artem, tractare neſciunt.

31. Ubi muſculus frontis vulneratus eſt, Chirurgus labia arctiſſimè conjungere debet, ne ſupercilia prolabantur.

32. Vulnus muſculi temporalis, quia plerumque periculoſum, Chirurgus hujus profunditatem, nec non partium circumjacentium læſionem inveſti-

veſtigare & ſymptomata diligentiſſimè conſiderare debet.

33. Si apoſtema in his muſculis conſpicitur & aperiri debet, aperiatur ſecundum ductum fibrarum, qui rectus eſt.

34. Oleoſa vulneribus palpebrarum ob oculorum vicinitatem ſunt inimica.

Vulnera oculorum. 35. In vulneribus oculorum etiam repellentia applicanda.

36. Poſt aures & in nuchâ attrahentia & veſicatoria proſunt.

37. Cucurbitulæ ſcapulis affixæ conveniunt.

Vulnera aurium. 38. Olea oculis, ut dictum, inimica, auribus amica.

39. Quando tympanum læſum, auditus perit, neque ullis medicamentis recuperari poteſt, ſicuti exempla docent.

Vulnera naſi. 40. Vulneratâ naſi parte oſſeâ, ac fractâ, portiones, quæ non adhærent, eximendæ, labia disjuncta ſuturâ actuali, vel potentiali conjungenda.

41. Si pars cartilaginea amputata, ita ut portio aliqua adhuc adhæreat, confeſtim ſuturâ actuali (at absq; cartilaginis læſione) conjunctio fieri debet.

42. Quan-

42. Quando oſſiculum acutum quis cum cibo imprudenter aſſumpſit & œſophago non ſolùm impactum, verùm etiam jam inflammationem excitavit; tunc Chirurgus decoctum ex rad.alth.caricis,ſem.fænugr.lini &c.ordinare & patiens in ore freqventer detinere debet:prodeſt etiam Syr.de Glycyrrh.

43. Vulnus mucronatæ cartilaginis etiam non negligẽdum, quia plerumq; lethale eſt, hæc enim munit diaphragma & cor, item tendo diaphragmatis cartilagini prædictæ ſubnectitur.

44. In pulmonis vulneribus ſangvinis profuſio ſiſtenda, deinde inflammatio præcavenda, tertiò ſanguis, qui in cavitatem thoracis effuſus eſt, evacuetur.

45. Ubi cartilago aſperæ arteriæ vulneratur, periculoſum eſt: Conſolidatio enim fieri non poteſt: Deinde facilè æger ſuffocatur, non enim aër pro cordis refrigeratione ſufficiens attrahitur. *Vulnera aſperæ arteriæ.*

46. Pulmonis vulnera ob continuum motum raro curantur, quicquid enim conſolidari debet, neceſſum eſt, ut quie- *Vulnera pul.*

quieſcat. Convenit in his vulneribus venæ ſectio, (modò vires permittant.) Si vulnus thoracis, per quod materia purulenta effluere debet, anguſtum, ampliandum, ut ſuprà dictum. Medicamenta præſcribantur abſtergentia, & conſolidantia, ut potiones vulnerariæ &c. Topica eligenda, quæ non mordicant & malignam qualitatem obtinent.

Vulnera cordis. 47. Vulnera cordis quod attinet, dico, vix unquàm hominem ex vulnere cordis evaſiſſe.

Vuln. Diaphragm. 48. Diaphragma in parte carnosâ vulneratum interdum curatur: in nervosâ verò parte nunquam, aut rariſſimè.

Vuln. Omenti. 49. Omentum læſum, quando tamdiu propendet, ut lividum & frigidum fiat, ſtatim amputandum: Deinde vulnus abdominis non arctè combinandum, ut purulenta materia effluere poſſit.

Vuln. Ventriculi. 50. Vulnerato ventriculo detur cibus non liquidus, ſed ſtypticus, non multi alimenti, abſtineat in principio à vino, laudatur decoctum Chinæ & glycyrrh. proſunt abſtergentia, ſtyptica &

ca & agglutinantia medicamenta.

51. In vulneribus ventriculi, inteſtinorum & maximè Jejuni, potiùs ſuppoſitoria & clyſteres in principio conveniunt, quàm medicamenta per os exhibita, quia natura per membri vulnerati debilitatem ejusmodi medicamenta ferre, aut regulare non poteſt.

52. In vulneribus Epatis ſtatim conſtringentia medicamenta, interna & externa præſcribenda. Si Epar vulneratum cum amiſſione ſubſtantiæ & venæ cavæ, vel portæ inciſione, nunquàm curatur: Si verò leviter vel ſuperficietenus, interdum curari poteſt. *Vulnera Epatis.*

53. Vena ergo ſtatim ſecanda, diæta exquiſita & refrigerans præſcribenda; medicamenta adſtringentia & exiccantia, interna & externa ſangvinisque fluxum cohibentia, ordinanda: Si alvus ſicca & obſtructa, clyſter applicetur.

54. Lienis vulnera æquè ſunt periculoſa ac Epatis, curantur etiam ſicuti epatis vulnera: præſcribi poſſunt potiones vulnerariæ, emulſiones inflammationes ſedantes &c. *Vulnera Lienis.*

Vulnera veſicæ. 55. Veſica diſciſſa in carnosâ parte, ſanatur, ſicuti videmus in ijs quibus calculus è veſicâ extrahitur; in nervosâ verò, id eſt, in laterali parte ſi vulneratur, mors ſequitur.

Vulnera pudendorum. 56. Penis & teſtes quando vulnerantur, non ſtrictè infaſciandi, facillimè enim inflammantur & intumeſcunt, hinc dolores acutiſſimi & Gangræna.

Vteri vulnera. 57. Uteri vulnera non negligenda, quia ob partis præſtantiam, nec non conſenſum, quem cum omnibus partibus ratione vaſorum habet, nec nõ humiditatem continuam, difficulter curantur, non ſunt autem curatu impoſſibilia, fund. tamen uteri ob carnoſitatem faciliùs, quàm cervicis vulnera (eſt enim hæc pars membranoſa) curantur. Ordinanda ergo medicamenta dolorem mitigantia, exiccantia & conſolidantia, utero immiſſa in formâ peſſi, aut per ſyringam.

Vulnera venarũ & arteriarum. 58. Ubi venæ & arteriæ internæ majores inciſæ ſunt, difficulter hæmorrhagia ſedatur.

59. Curatio vulneris hujus conſiſtit in revellendo & derivando ſangvinẽ per

venæ

venæ ſectionem & cucurbitulas ſcarificatas, Item per faſcias intercipientes ſupra & infra vulnus factas, (faſciæ autem ante tertiũ diem non disligandæ.) Item per ſuturas; ſed cavendum, ne fiat ſutura in tendine.

60. Si fieri poſſet deligatio, cũ impoſitione aluminis uſti, cõtra rationẽ nõ eſſet.

61. Cauterium etiam actuale, urgente neceſſitate, adhibendum; ſed cautè, ne nervus, aut tendo lædatur.

62. Eſchara non citò, aut vi auferenda.

63. Ubi nervus vulneratus & foramen anguſtum, dilatandum, quò materia & pus effluere poſſit, nec vulnus citò conſolidandum. *Vulnus nervorum.*

64. Nervis proſũnt actu & potentiâ calida, modò non ſint acria.

65. In vulneribus nervorum & tendinũ ligatura per diem bis aut ter ſolvenda, imprimis ubi mordificatio ſentitur.

66. Labia non conjungenda, niſi dolor omnis ſit mitigatus.

67. Quando nervo per transversũ vulnerato dolor aliaq; ſymptomata ſedari non poſſunt, totus amputandus, amputatio enim melior eſt morte.

68. Ante omnia dolor leniendus, dolor enim attrahit & varijs ſymptomatibus cauſam præbet: Multi ol. terebinth. cum aq. vitæ It. Empl. ex reſinâ terebinth. & cerâ paratum valde commendant: It. Empl. diacalcitheos, ſive palmeum.

69. In nimiâ vulnerum nervorum putrefactione interdum cauſtica medicamenta, ſive ſint potentialia, ſive actualia, admovenda.

Vulnera ſclopetor. ſive bombardarum. 70. De Sclopetorum ſive Bombardarum vulneribus inter Medicos variæ agitantur ſententiæ. Alij enim docent, ejusmodi vulnera ſemper eſſe venenata: alij putant veneno & uredine planè expertia eſſe. Nonnulli mediam ſententiam defendunt; nimirum illa vulnera non rarò veneno & uredine implicita eſſe, quorum ſententiæ & ego ſubſcribo. Verùm quando ejusmodi vulnera venenata ſunt, tunc non fit propter globuli, aut pulveris tormentarij, vel pyrij propriam naturam, quam per ſe veneni expertem eſſe ſcio: Sed propter globulum certâ quadam arte (ut miles quidam mihi retulit) veneno imbu-

imbutum. Nam præterito & currente anno innumera vulnera à militibus inferioris & ſuperioris conditionis hominibus inflicta obſervavi, quæ licet varia & ſalutaria, tam interna, quàm externa medicamenta, quæ aliàs multis fuêre ſaluti, adhibita fuerunt, nihilominus tamen ob ſummam malignitatem, vel venenoſitatem, quam fœtor intolerabilis, inſignis putredo, dolores acutiſſimi, loca vicina vulneri livida, aliaq; ſymptomata, ſufficienter indicarunt, difficulter, inprimis in corporibus Cacochymicis (Cacochymia enim ſæpè malignitati cauſam præbet) inprimis quando partes nobiles infectæ & læſæ ſunt, etiam ab exercitatis Chirurgis curari potuerunt. Non ergo ſemper inſcitia vel ignorantia Chirurgi difficilis curationis cauſa, ut nonnulli volunt; ſed partim humorum malignitas, partim globulorum, vel aliorum inſtrumentorum, quibus vulnera inflicta, venenoſitas, ſicuti hodiè haut infrequenter accidere obſervamus. Sed de hac quæſtione alio tempore & loco plura.

 71. Ac-

71. Accerſitus ergo Medicus, vel Chirurgus ad tormento bellico ictum conſideret; an vulnus lateat, vel ſolâ contuſione abſque cutis læſione ſe prodat? Si hoc eſt, ſtatim cutis debito modo pro loci naturâ incidenda, deinde ſequentia medicamenta adhibenda.

℞. Nitri.
Vitrioli albi. ā. ℥ß.
Olei Cannabini.
Lini. ā. ℥ij.
Miſce. S. Pulverleſchung.

Alij ſolent ſequens medicamentum ex Oleo Roſato, Aquis Roſarum, ſolani, papaveris erratici; terebinthinâ, camphorâ, alumine, radice liliorum alborum &c. parare.

Nonnulli adhibere ſolent ſeqventia.

℞. Succi Rad. pimpinellæ. ℥iß.
Butyri non ſaliti majalis. ℥ij. Miſce.

Succus ex Cydonio crudus valde prodeſt; Item Cydonij mali aqua deſtillata, nec non florum Tiliæ, item lac muliebre, in hoc caſu præſtantiſſima medicamenta.

Felix

Felix Würtz commendat ſequens medicamentum:

℞. Mellis optimi. lib.ij.
Succi Sempervivi. lib.ß.
Succi Cancri. ℥v.
Aceti Roſati. ℥vi.
Phlegmatis Vitrioli. ℥iij.

Coque ad juſtam conſiſtentiam, & utere. Item:

℞. Aluminis. ℥iß.
Vitrioli albi. ℥ij.
Salis Ammoniaci. ℥iß.
Aqu. Chamomillæ.
Vini, ā. menſuram unam.
S. Uberſchlag.

72. Præterea conſiderandum, an vulnus ampliandum, vel nova ſectio molienda, ut de partibus læſis Chirurgus faciliùs judicare, glans etiam, vel globulus, aliaque extranea eximi, vel ſanies, pus &c. eò commodiùs effluere poſſit. Sed cavendum, ne vas magnum lædatur.

73. Si fortè ſangvinis immodicus fluxus ſequatur, reſtringentia medicamenta, ex Bolo Armeno, Sangvine Draconis, lapide Hæmatitis, Aloë,

Thure, Maſtiche, Terrâ Sigillatâ, Muſco Cranij humani, pilis leporinis &c. Cum ovi albumine miſta ordinanda. Vel ſeqvens adhibendum:
℞. Croci Martis ſubtiliſſimi reverberati, Croci Veneris ā. ℥j. excipiatur ol. Roſato Camphorato. F. ungventum.
74. In magnis Hæmorrhagijs non ſolùm topica, verùm etiam interiora medicamenta præſcribenda, ut:
℞. Croci Martis ℈j.
Salis teſtar. ovorum ʒj. diſſolv. in aquis florum papaveris erratici & ſpermatis Ranarum ā ℥iß. adde ſyrupi Cydoniorum, de Roſis ſiccis ā ℥j. Miſce. Fiat potio, ſumat patiens hanc manè & antè decubitum.
Urgente neceſſitate Laudani opiati ritè præparati. Gr. ij. vel iv. in aquâ ſpermatis Ranarum exhiberi poſſunt.
75. Vaſa etiam faſcijs contineantur, donec concreſcat ſangvis, vel vinculis intercipiantur, vel cauteria actualia adhibeantur.
76. Defenſivum etiam medicamentum ſequens adhiberi poteſt:
℞. Pulv. Sangvinis Draconis.
Maſti-

Maſticis. ā. ℨvii.
Boli Armeni ℥j.
Gypſi ℨv.
Ol. Roſar.
Myrtillorum. ā. ℥j. ℨii.
Albuminis ovorum. N. j.
Aceti parum. F. l. a. Schutzſälblein.

Vel:

℞. Ol. Roſar. ℥ij.
Ceruſſæ.
Boli Armeni. ā. ℥j.
Terræ Sigillatæ.
Aceti Roſati. ā. ℥ß.
Camphoræ. ℨj.
Succi ſolani.
Sempervivi. ā. q. s.
Miſceantur & F. l. a. Ungventum. ſ. Schutzſälblein.

Vel:

℞. Ol. Roſarum.
Aqu. Plantaginis.
Aceti Roſati.
Ceruſſæ.
Terræ Sigillatæ ā. ℥j. Miſceãtur in mortario diligentiſſimè.

77. Aperto vulnere, ſtatim globulus, vel alia extranea eximantur, ſi fieri

 poteſt,

poteſt, inſtrumentis idoneis.

78. Inter alia autem globulus, vel glans educatur, & ſi fortè ita latens, ut, aut non reperiri; vel absque periculo educi non poſſit, eam tantiſper dimittere ſatius erit, donec à naturâ extrudatur. Ingenti enim vulneri, ingens vulnus, & quidem non absque periculo addere non eſt conſultum.

79. Si verò Glans veneno infecta ſit, ſicuti fœtor, putredo, dolores, ſtupor, ſyncope, convulſio, aliaque ſymptomata vehementiſſima, ut ſuprà mentio quoque facta, docent; ſtatim medicamenta venenum, vel virus attrahentia, expellentia, nec non dolores inde ortos mitigantia præſcribenda.

80. Veteres Medici extrahebant Virus Cæpis, Iuglandibus, Rutâ, Sinapi, Dictamno albo, Sulphure & ſimilibus; Item frictionibus, ligamentis, ſcarificationibus, cucurbitulis, &c.

81. Sunt, qui ſequentia medicamenta adhibere ſolent:

℞. Ungventi Macedonici. ℥ij.
Ol. Myrrhæ.
Terebinthinæ. ā. ʒj.

Præ-

Præcipitati. ʒiß.
Butyri Arſenici fixi & dulcifi-
cati. ℥ß.
Ol. Antimonij. ʒiij.
Ceræ parum F. Ungventum.

Prætermiſsâ unctione impone ſequens emplaſtrum:

R. Gummi cortic. mediæ tiliæ extract. ℥ij. Magnetis præpar. ℥j. Succini flavi præp. ℥ß. Opopanacis depurgat. cum ſucco ſerpentar. ℥iij. Terebinthinæ, Ceræ. ã. q. s. F. Emplaſtrum.

82. Medicamenta etiam, quæ veneno reſiſtunt ſeqventia exhibenda, ut ſunt: Theriaca, Mithridatium, Confectio Diaſcordij, Fracaſtorij, El. de ovo, R. Angelicæ, Pimpinellæ, Dictamni, Tormentillæ, Gentianæ, Sem. Citri, Herbis Scabioſæ, Scordij, Cardui Benedicti &c.

Exhiberi etiam poteſt, non absque fructu ſequens potio:

℞. Mithridatij.
Theriacæ. ã. ℈iß.
Margaritar. præp.
Corallior. rubr. ã. ℈j.
Boli Armeni. ʒij.

Lapid.

Lapid. Bezoar. G. v.
Syrup. Acetoſitat. Citri.
de Limonib. ā. ℥ß.
Aquæ Cardui Benedicti. ℥iij.
Aceti Scordij.
Rutæ. ā. ʒj. Miſce.

Pulvis Saxonicus hic quoque locum habet, nec non pulvis Viperæ.

Cordis regioni etiam medicamenta, quæ veneno reſiſtunt, & corroborant applicanda.

83. Ad vitandam inflammationem, vel aduſtionem, quam veſicatio, excoriatio, dolor mordens, & cutis contractæ & induratæ ſiccitas ex pulvere inflammato ſignificant, proſunt ſequentia medicamenta:

℞. Calcis vivæ ℥iv. lava ſexies ex aquâ Roſarum, ſolani, plantaginis & toties cum ol. Roſarum & F. Ungventum. Alij de Bolo cum ſucco ſolani, ſemper Vivi & calce lotâ, nec non liquore Lithargyrij F. Ungventum.

Vel: ℞. Succi ſolani, Nympheæ, ſemper Vivi, Hyoſcyami. ā. ℥ij. Aquæ ſpermatis Ranarum, Fol. tapſi barbati. ā. ℥j. Lithargyrij ℥ijß. Ol. Roſati, Omphacini ā. ℥ijß.

ā. ℥ijß. Vel: q. s. ducatur in mortario plumbeo,& fiat inſtar nutriti.
84. Ad dolores ſedandos acerbiores:
℞. R. Hyoſcyami, Nympheæ. ā.lib.ß. digerantur ad ſolem in aceto & oleo Nympheæ per aliquot dies, deinde factâ expreſſione, fomentetur pars dolens, & ſeqventi ungvento inungatur:
℞. Succi fol. Hyoſcyami, Semper Vivi:ā.℥ij.Ol. Roſati Nympheæ ā. ℥jß. Butyri Majalis ℥ij. Opi ℈ß. in aquâ papaveris diſſoluti, Ceræ novæ ℥j.Miſce. F. Ungventum.
85. Ad oſſa, aliaque extranea eliminanda:
℞. Reſinæ Pini ſiccæ ℥iij. Pumicis. combuſti vino albo extincti. R. Ireos, Ariſtolochiæ rotundæ. ā. ʒß. Thuris ʒj. Sqvamæ æris. ʒii. In pollinem redacta & cum melle roſato incorporentur.
Item: ℞. H. Auriculæ Muris M.iß. Pulv. R. Dictamni albi ℥ij.Coqu.in ſ. q. vini; Contundantur, adde pulv. Magnetis præpar. pingved. Leporis. ā.℥iß. F. L. a. Cataplasma.
Vel: ℞. Pulv. R. Typhæ magnæ ℥iß.
Mel-

Mellis q. s. F. Cataplaſma.
Sunt, qui ſeqvens Ungventum commendant:
℞. Succi cancrorum, lumbricorum terreſtrium. ā. ℥iß. pingv. Leporis, Vulpis. ā. ℥ij. Coqv. ad conſiſtentiam ungventi, circa finem coctionis adde pulv. Magnetis præparati. ℥ij. Miſce. F. linimentum.
86. Si granula fortè tormentarij pulveris, ſicuti fieri ſæpè ſolet, cuti adhæreant, acu extrahenda pars, deinde ſeqventi ungvento inungenda: ℞. Butyri loti ex aquâ ſpermatis ranarum ſæpius. ℥iij. Ol. Ovorum. ℥j. Miſce pro linimento.
87. Contrà contuſionem proſunt: Oleum florum Verbaſci, Hypericonis, ovorum, florum Sambuci, Lini, Lumbricorum, Liliorum alborum, Chamomillæ, Terebinthinæ, & ſimilia, pro re natâ. Si quis his fuerit deſtitutus ſumat Terebinthinam, aut butyrum, vel aquæ ſimplici tepidæ oleum & acetum commiſceat. Deinde ſeqvens ungventum præſcribat:
℞. Sevi Cervini, Hircini. ā. ℥jß.
Colo-

Colophoniæ. ℥ijß. Medullæ crurum bovis & œſypi, Butyri rec. non ſaliti. ã. ℥ij. ſucci Chelidoniæ & Centaurei minoris, Betonicæ ã. ʒiij. olei Roſarum, Lumbricorum, Ceræ. ã. q. s. Miſce. F. Ungventum.

88. His ita præmiſſis ferè, ſuppurantia medicamenta aliaque præſcribenda, ut virus incluſum latens, ſanies, oſſium, aliarumque partium fragmenta, dolores & febres, aliaque ſymptomata tollantur, quorum medicamentorum paſſim apud autores magna copia invenitur.

89. In articulorum verò & nervoſarum partium vulneribus ſuppurantibus, nonnihil parcendum.

90. In vulneribus putridis & fœtidis præſcribi poteſt ſeqvens ungventum:

℞. Ungventi Baſilici majoris. ℥ij. Butyri recentis. ℥j. præcipitati. ʒj. Miſce pro ungvento.

Vel: ℞. Galbani, Bdellij, Ammoniaci. an. ʒij. diſſoluti in aceto roſato, Terebinthinæ ſæpiùs ex aquâ plantaginis lotæ. ℥iv. Butyri non ſali-

ſaliti ℥ß. Vitell. ovor. N. iii. Pulv. Thuris, Maſticis. ā. ʒii. Mellis ℥j. Aeris Viridis præpar. ʒjß. ℈i. Miſce. F. Ungventum.

Item: Saccharum, vel Mel Saturni, item Ungventum Apoſtolorum, fuſcum, & alia hîc etiam interdum locum habent. Butter und Honig ſind in den Wunden / beſonders gifftigen / ſehr gute Stück / &c. Cataplasma etiam ſequens non nocet; maturationem enim adjuvat:

℞. Viſci pomor. cum fructib. minutim inciſi. Miii. R. Altheæ cum fol. Malvæ & Violariæ, ā. Mij. Se. Lini, Fœnugræci. ā. ℥ii. Flor. Chamomillæ, Meliloti. ā. p. ij. Decoquantur cum lacte, contundantur, adde farinæ lini, fœnugræci. ā. ℥ii. Oeſypi & medullæ crurum vituli. ā. ℥jß. Vitell. ovorum. N. iv. Croci ℈ß. ol. Chamomillæ, Roſati. ā. q. s. Miſce F. Cataplasma.

91. Lavamentum quoque ſequens parari poteſt:

℞. Vincæ pervincæ, Nicotianæ, Perſicariæ, Betonicæ, Scabiosæ, Hyperici. ā. Mi-

ã. Mi. R. peucedani, Ariſtolochiæ utriusq; ã. ℥ß. Thuris, Myrrhæ, Sarcocollæ, Rad. Iridis Florent. ã. ʒiij. Mellis optim. ℥iß. Decoque in ſ.q. aquæ fontanæ, Colaturam da in vaſculo. Einſpritzung/ kan nach Beſchaffenheit gemindert/ gemehret werden.

92. Ad prohibendam fluxionem prodeſt Emplaſtrum de Minio, de Bolo, nec nõ ungventa, quorum ſupra mentio facta eſt.

93. Ad nervorum puncturas laudant nonnulli ſequens medicamentum:
℞. Ol. Hyperici ℥ij. Lumbricorum Euphorbij. ã. ℥ß. ʒij. Sulphuris Vivi ℥ß. Ammoniaci Bdellii. ã. ʒii. Aceti ℥ij. Vermium terreſtrium præpar. ℥j. bulliant ad aceti conſumtionem, & utere. Digeſtivum ad vulnera nervorum Ferrata commendat ſequens:
℞. Ol. Roſati ℥iii. Ol. Ceræ, de Terebinthinâ, de abiete. ã. ℈jß. Ceræ albæ q. s. Omnia ad ignem liquefiant; ab igne remota cum aquâ Rorismarini tamdiu laventur, quousque in formam pomadæ redigantur. (veri poteſt. Poſtea ceratum ſequens vulneri admo-

℞. Ol. prædicti. ℥j. Terebinthinæ. ℥ß. Diachyli cum gummatib. ʒvi. Ammoniaci Bdellij in aceto diſſoluti. ā. ʒiij. Reſinæ pini, Elemi, picis navalis. ā. ʒj. Ceræ q. ſ. F. Ceratum. Huc pertinet etiam Emplaſtrum Sticticum Crollij &c. Hæc de Vulneribus à tormentis bellicis breviter proponere volui. Haberem adhuc alia & varia; Verùm nimis longum foret omnia addere, qui plura expetit, legat Paræum, Spigelium, Guilielmum Fabri, Pavium, Ferratam, Vigonem, Andream de Cruce, Tagaultium, Foreſtum, Matth. Glandorſium & alios Medicos & Chirurgos Veteres & Neotericos &c.

94. In ambuſtis tria ſunt conſideranda, dolor, veſicatio & ulceratio.

95. In dolore, & quidem in principio prodeſt ſtercus vaccinum, anſerinum, item lutum, quod eſt ſub vaſis aquarijs, nonnulli addunt etiam aliquid boli armen. & aceti roſar. cæpæ etiam cum ſale tritæ, vel contuſæ.

96. Prodeſt etiam ſuccus Solani, ſedi, vermicularis, plantag. & lentis aquaticæ.

97. Con-

97. Convenit decoctum rad. pimpinellæ, herb. artemiſiæ, Flor. Cydonior. & tiliæ, C. C. Item Succus Cydonior. crudus.

98. Prodeſt quoque ol. Cannab. & lac caprinum: Item cimolia in aq. plantag. diſſol.

99. Item ungventum de calce vivâ ex aqu. plantag. vel Solani ſexies, vel ſepties lota ol. lini vel cannabino paratum.

100. Item: Ungventum Pariſienſe, cujus mentionem facit Paræus, & paratur ſeq. modo:

℞. Lardi conſciſs. lib. liquefiat in aqu. roſar. Deinde coletur per rarum linteum & frigidam lavetur quater cum aq. Hyoſcyami vel plantag. vel Solani, vel alterius generis ejusdem, deinde illi incorporentur. Vitell. ovor. recen. N. viij.

F. l. art. Ungventum:

101. Ego ſeq. Ungventum laudo:

℞. Calcis vivæ ſepties ex aq. hyoſcyami, vel plantag. lotæ. ℥v.

Cui addi poteſt medullæ crurum
bovis, ſevi cervini. ã. ℥j.
Vitell. Ovor. n. ij.
Ol. Cannab. q. ſ. M. F. Ungventum.

Vel: ℞. ungvẽti pomad. ℥iß. roſar. infrig. Gal. Ungventi albi ſive camph. ã. ʒvj. butyri recent. ℥iij. ſucci malvæ ℥j. Sief ſine opio thuris præp. ã. ʒj. Aloes epat. ℈j. f. Ungventum cum ol. Cannab. vel lini impalpabile valet in omnibus ambuſtionibus.

Vel: R. Succ. ſambuci.
Plantag.
Malvæ.
Violæ.
Conſolidæ m. ã. ℥iij.
Ol. ſambuci.
Cannabini. ã. ℥ij
Lardi liquati & loti.
Aq. plantag. ℥iß.
Butyri recent. ℥ß.
Ceræ q. s. Miſce coq. ad ſucco. conſumptionem, colentur, exprimantur. f. Ungventum:

Vel:

Vel: ℞. liquo. lytharg. calcis vivæ ſepties in aq. plantag. lotæ, ā. ℥iij. ol. roſ. ℥ß. Miſce.

102. Ubi veſicæ ſponte non rumpantur, aperiuntur acu, ut aqua in ipſis contenta acris effluat, ne caro ſubjecta corrumpatur.

103. Ad exulcerationis curationem prodeſt Ungv. de minio, Ungv. Camphoratum; Ungv. de calce vivâ. Verùm ungventa non dura, ſed mollia eſſe debent, ne nimis adhæreant, & dolores cauſent; atque ſic generationem cutis novæ impediant. Hoc in loco ol. Vitellinum, Sambucinum, Iuglandium &c. admodum proſunt.

104. In vulnere ſeu morſu irati hominis & aliorum animalium, ſtatim vulnus phlebotomo ſcarificandum, quo ſangvis effluere poſſit, cum nihil ſangvinis à vulnere effluxiſſet. Deinde pars ſive membrum vulneratum aceto calido, in quo aliquid pulveris ſalis marini, item theriacæ diſſolutum, abluendum & abſtergendum, ſi quid forte ſalivæ, vel ſpumæ deſiccatæ alicubi ſe abdidiſſet, item loco demorſo aut *Vulnera ſeu morſus animaliũ.*

icto apponatur theriaca & intus injiciatur. Matthiolus commendat præcipitatum, Gal. verò cinerem cancrorum.

105. Unctuoſa & pingvia, quia exhalationem & evaporationem impediunt, in principio non uſurpanda.

106. Ligetur membrum demorſum paulò ſupra vulnus, non tamen arctiſſimè, ne torpeat, aut obſtupeſcat.

107. Dentur medicamenta, quæ humores movent à centro ad circumferentiam, qualia ſunt ſudorifera, ut Theriaca, Mithridat. Bezoar, Terra Sigill. Aq. Theriacalis, &c. & prohibeatur ſomnus.

108. Neque dentur medicamenta, quæ humores trahunt ad interiores partes, qualia ſunt purgantia: Exactis tamen aliquot diebus, humores præparari & expurgari poterunt, non ſine ſcarificatione.

109. Adhibeantur cucurbitulæ ſupra vulnus, cum multo igne.

110. Circa vulnus proſunt veſicatoria, dropaces, ſinapismi, & quæ venenis reſiſtunt.

111. Si

111. Si canis rabidus momorderit, impone vulneri ipſius carnem aut pilum; ſi ſerpens, ipſius carnem adhibe.

112. Si ictus Scorpionis, inunge ol. Scorpionis, impone Empl. ex allio, nucibus, fermento acri, melle & ſale marino, ſem. ſinapi, fol. ſcordij, aut ex allio, cæpâ & theriacâ, paratum: aut ponatur anus galli, aut pulli gallinacei viventis deplumati ſuper vulnus; aut columbam in duas partes divide, & calentem ac reſperſam pulvere attrahente cum ſale, & vulneri applicabis, ne venenum intus feratur & ad partes principes repat.

113. Dentur potiones alexipharmacæ ex theriacâ, mithridatio, cum Lap. Bezoar, aqua ſcabioſ. Carduibened. & theriacali paratæ: ut ſupra etiam dictum.

114. Vena non aperienda, niſi adſit plethora, aut venenum per totum corpus ſit diſperſum, ne virus, quod ex morſu relictum eſt, in partes internas attrahatur.

115. Convenit emplaſtrum ex Galba-

no, Sagapeno opopan. aſsâ fœtid. pip. ſulphure, & vino paratum, quibus adde pulv. rad. Ariſtoloch. long. bryoniæ, myrrhæ &c.

116. Poſt uſum prædictorum medicamentorum utendum ſuppurantibus: poſt ſuppurationem habent locum detergentia & ſarcotica; qualia ungventa à Guilelmo Fabricio præſcribuntur ſeqventia:

℞. Ungventi Baſilici.
Butyri recent. ā. ℥j.
Ol. amygd. d. ℥j.
(oleum ſerap. etiam non noceret, præcipuè in principio.)
Theriacæ opt. ℥j.
cum Vitello ovi F. Ungventum.

Item: ℞. Pul. Myrrh.
aloes,
Rad. Ariſtoloch.
Roſar.
Iridis Florent.
Angelicæ. ā. ℥j.
Theriacæ diſſol. in aq. vitæ. ℥ij.
Cum

Cum melle roſaceo. F. Ungventum.

℞. Ungventum mundificativum &c.

117. Ubi quis de veneno aſſumpto ſuſpicatur, vomitus in principio prodeſt.

118. Ad vomitum provocandum, convenit oleum, butyrum &c.

119. A vomitu, ſi venenum frigidum, detur theriaca cum vino malvatico &c. ſi calidum, præter oleum, butyrum, detur cremor hordei, decoctum hordei, Clyſteres eluentes & detergentes &c.

DE ULCERIBUS.

VI. Aphor. 4.

Τὰ περιμάδηρα ἕλκεα κακοήθεα.

Vlcera undiquaque glabra, maligna, ſeu malè morata ſunt.

[Quia glabrities arguit κακοήθειαν, id eſt, malignitatem humorum, radices pilorum corrodentium, qui etiam locum ulceratum ad cicatricem pervenire non permittunt. Gal. in com. 3. de morb. vulg. c. 3. 2. art. medic. 5. aph. 20. 6. aphor. com. 4.] Gal. 4. M. M.

VI. Aphor. 45.

Ἕλκεα ὁκόσα ἐνιαύσια γίνεται, ἢ μακρότερον χρόνον ἴσχουσιν, ἀνάγκη ὀστέον ἀφίστασθαι καὶ τὰς οὐλὰς κοίλας γίγνεσθαι.

Vlcera, quæcunque annua fiunt, aut longiore tempore durant, in iis neceſſe eſt os abſcedere & cicatrices cavas fieri.

[Quia non duntaxat adeſt putredo, verum etiam caries oſſis: Putredo enim, nec non os deperditum, integram ulceris ſanationem impediunt & remorantur, mala diſpoſitio ergo oſſis corrigenda & os ipſum abradendum. Gal. in com. 6. aph. 19. 4. M. M. c. 5. 3. M. M. c. 8. 2. M. M. cap. 2. lib. de tumor. cap. 14. 14. M. M. c. 17. Celſ. lib. 5. cap. 26.]

VII. Aphor. 22.

Ἐπὶ ἰσχυρῷ σφυγμῷ ἐν τοῖς ἕλκεσιν αἱμοῤῥαγίη, κακόν.

A forti pulſu in ulceribus hæmorrhagia, malum.

[Non eſt κατὰ παντὸς, quando non in exceſſu. Aliàs ſignificat inflammationem, loci anguſtiam & dolorificam diſpoſitionem. Quando itaque natu-

natura materiam peccantem vehementi motu expellere conatur, hæmorrhagia ſequitur, nec non virium ſumma dejectio. Gal. in com. 4. M. M. c. 1. lib. de judic. & præd. 3.]

Vide aph.	20	ſectionis	3	ſubtitulo de Melancholiâ.
	21		3	febre tertianâ.
	24		3	affect. aurium.
	75		4	affect. renum.
	20		5	rigore febrium.
	21		5	Convulſione.
	22		5	Dolore capitis.
	23		5	Tumoribus p. n.
	66		5	Convulſione.
	8		6	Hydrope.

APHORISMI PRACTICI.

1. In ulceribus victus ratio ſit tenuior, vel abundantior, pro viribus ægri, humorum abundantiâ vel paucitate.

2. Materia antecedens juxta humorum, tum qualitatem, tum quantitatem avertenda & intercipienda, quod ſit venæ ſectione, purgatione, ligaturis, frictionibus & fomentatione, nec non repellentibus medicamentis.

3. Sym-

3. Symptomata, pro diversâ ſymptomatum & diſpoſitionum cùm ulcere conjunctarum naturâ, emendanda & ſummovenda.

4. Excrementa tenuia ulceris ſiccanda, craſſa verò detergenda.

5. Intemperies ulceris tollitur debitâ victus ratione & contrarijs remedijs.

6. Dolor in ulcere, ſi eſt ab intemperie calidâ, vel acrimoniâ, ſive corroſione, frigidis, ſi à frigidâ, calidis, ſi à continui ſolutione anodynis curatur.

7. Si tumor ulceri ob dolorem à continui diſſolutione, aut à medicatione, vel intemperie cauſatum acciderit, leniendus.

8. Ulcus contuſum indiget humectantibus & pus generantibus, reliqua verò ulcera ſiccantibus. In ſummâ, Chirurgus recurrat ad vulneris contuſi curationem, utrobique enim eadem eſt contuſionis ratio.

9. Hyperſarcoſis auferri debet corrodentibus medicamentis, ut eſt alumen uſtum &c. item cauterio, urgente neceſſitate.

10. Ul-

10. Ulcera ſanioſa abſterſivis primò & mundificativis egent, poſteà ſiccantibus & incarnativis.

11. Sordidis ulceribus tumefactis ſiccans congruit auxilium & reſolvens absque mordificatione.

12. Ulceribus corroſivis, quæ ſponte dilatantur & cava fiunt, ſtyptica mordicatione carentia debentur exiccativa: Venenoſis verò ulceribus, ut cancro, lupo, theriacalia.

13. Ulcera, quæ loca humida invadunt, diu aperta tenere bonum eſt.

14. In ulceribus humidis, ubi affluxus humorum adhuc adeſt, & pars ulceroſa debilis, ſuppurantia medicamenta præſcribenda.

15. Olea, non niſi in ulceribus contuſis, aut ut ſedent dolorem, adhibenda.

16. Ulcera cautè digeſtivis ſunt tractanda, ne fiant putrida & ſordida. Idcoque quando pus bonum & coctum, digeſtiva auferenda, nihil mali enim tunc ulceri advenire poteſt.

17. Abſtergentia etiam medicamenta non immodicè, ne ulcus humidius evadat, adhibenda.

18. Ca-

18. Caro mortua in ulceribus alumine uſto, alijsq; medicamentis, &c, urgente neceſſitate, cauterio auferenda.

19. Ulcus putridum ungvento Ægyptiaco, item Apoſtol. mundificatur.

20. Si caries oſſis magna, nihil cauterio præſtantius.

21. Si caries profundior fuerit, terebrâ, ut eò facilius decidat, erit multis foraminibus aperienda, usque ad os ſanum, donec cruoris aliquid appareat, & in foramina cauteria demittenda, ut os optimè ſiccetur.

22. Quando in ulcere abundat magna copia puris, tunc ſæpiùs ligatura ſolvenda.

23. In hæmorrhagiâ ligatura non ſolvenda, donec ſumus ſecuri ſangvinem eſſe cohibitum: hoc etiam in vulneribus &c. obſervandum.

24. Semper ſibi caveat Chirurgus à vehementi deligaturâ.

25. Quando in morbo Gallico in obſcænis, vel alijs partibus corporis ulcera, vel nodi obſervantur, ſignum eſt, ejusmodi malum altas egiſſe radices; ideoque humores maligni, præ-

præmiſſis præmittendis, appropriatis medicamentis ſucceſſivè præparandi & per vices evacuandi.

26. Purgantia autem Medicamenta inter alia ſeq. ſunt Extr. Diacarth. Cathol. aloës, Mechoacæ nig. & albæ fœcula rad. Bryoniæ, Aronis, pil. de Euphorbio, de fumariâ, inprimis ☿. dulcificatus, qui inter omnia medicamenta primum locum occupat. Mercurio enim in hoc morbo nobilius medicamētum haberi non poteſt, Item Gummi Guttæ, Panacea aurea, Crocus Metallorum, Turbith minerale &c.

27. Deinde Alexipharmaca præſcribenda, ut decoctum ligni Gvajaci, Sarſaparil. Chinæ, Saſſafras, Sulph. aurat. diapho. &c. proſunt & interdum pro re natâ inunctiones articulorum, ſuffumigia, item Empl. Ungventa, ut:

℞. Ungventi roſ. ℥ij. ol. nucis moſch. per expreſs. ʒiij. medul. crur. boum. ℥iß. pingv. porcin. ℥4. ol. lauri. ſtyra. liquidæ, ol. amygd. ama. ã. ʒj. theriacæ. ʒiß. Argent. vivi ſalivâ hominis extinct. ℥iijß. Cinnab. ʒij. Miſce. f. Ungventum, Item aq. Mercur. cujus

cujus deſcript. habet D.D. Horſtius lib. 2. obſervat. p.2. obſer. 13.

R. ☿. dulcificati. ℥ij.

Arſenici albi ℨi.

Euphorbij. ℨij Sp. vini opt. Menſuram ſemis aq.roſ. ℥xii. digere per 24. horas & utere. &c.

28. Tophos ſive nodos Gallicos diſcutit & conſumit, præmiſſis præmittendis Empl. Vigonis de Ranis cum ☿. cujus deſcriptionem etiam habet Renodæus, ut ſequitur:

℞. Ol. Chamomil.
Aneth.
De Spica.
Lilio. alb. ā. ℥ij.
Laurini. ℥iß.
De Croco ℥j.
Ping. Vituli. ℨß.
Euphorbij. ℨv.
Thuris. ℨx.
Adipis Viperæ. ℥ijß.
Ranar. viventium. N. vi.
Lumbrico. loto. in vino ℥iijß.
Succo. rad. Ebuli.
Enulæ. ā. ℥ij.
Schenanthos.

Stæchad.

Stœchad.
Matricariæ. ã. Mj.
Vini opt. lib. ij.

Bulliant omnia ſimul ad conſumptionem vini. Colaturæ adde

Litharg. lib. j.
Terebinth. Claræ. ℥ij.
Ceræ albæ, vel flavæ q.s.
Styracis liquidæ ℥iß.

Poſthæc ab igne depone,& ubi refrixerit,miſce argenti vivi ſalivâ hominis jejuni extincti ℥4.

cum Piſtillo & fac Emplaſtrum.

Ego ſeq.Empl. ſæpè non absque fructu præſcripſi. ℞. Muccag. rad. alth. Cucum. agreſtis cum aqu. Chamomil. lilio. alb. extr. ã. ℥ij.Gummi ammoniac. in ſ. q. aq. Iunip.diſs. ℥iß. adde pulv.rad.pyrethri.Hermodactyl.Zinziberis, Euphorbij. ã. ʒv. Thuris, Myrrhæ,Maſtichis. ã. ʒiij. Lumbricor. vino lot. ℥j. ʒij. Aſſæ fœtidæ. ʒvi. Theriacæ. ℥ß. pingved.Anſeris. ℥ß. Porci. ℥j. Viperæ. ℥j. ʒij. Ol.Chamom. Laurini, Spicę. ã. ℥j. vini lib. I. ℥ij. Coq. ad vini conſumptionem, deinde adde Terebinth. ℥iß. Ceræ. q. s. ubi refri-

 xerit.

xerit, miſce ☿ vivi ſalivâ hominis jejuni extincti ℥ij. & fiat Empl.

29. In fiſtulæ curatione ſicca diæta ordinanda, deinde materia peccans, quæ eſt aquoſa & pituitoſa, concoquenda & evacuanda.

30. Si foramen fiſtulæ anguſtum, dilatandum & certis medicamentis mundificandum & deſiccandum.

31. Fiſtula antiqua, ubi oſſis caries ſubeſt, novaculâ, vel actuali cauterio in totum abſcindenda.

32. Fiſtula verò, ubi ſubeſt caro calloſa, mercurialibus medicamentis curari debet.

33. Fiſtula ani antiqua, imprimis in ſenibus, cui hæmorrhoides cauſam præbuerunt, nunquam absque periculo vitæ curatur: Nam ceſſante fluxu (fiſtula enim fluere debet, id eſt, habet nomen à *flieſſen*) ratione humoris regurgitantis, aut ad Epar, aut ad lienem, ſequitur cachexia, hydrops & mors, ut ſuprà dictum.

Vlcera naſi & oris. 34. Naſi & oris ulcera, ſi à morbo Gallico ſunt, pręmiſſis pręmittendis, mercurialibus & alexipharmacis, ut modò

modò dictum, curari debent.

35. Omnium partium, tam internarum, quàm externarum ulcera, pro patientis, nec non humorum cauſantium ulcera naturâ, tractanda.

In ulceribus inveteratis ſequens ungventum inter alia non infimum locum occupat:

R. Ol. Myrtillor.
Roſarum.
Hypericonis. ā. ℥j.
Antimonij albi prep. ʒjß.
Aloës Epaticę. ʒij.
Sacchari optim. ℥j.
Cerę parum. F. Ungventum.

Item Emplaſtrum ſticticum Crollij.

DE FRACTURIS.

Vide aph.	22	ſe.	5	ſub t.	dolore cap.
	59		6		aff. artic.
	60		6	de	aff. artic.

APHORISMI
PRACTICI.

1. Ubi os fractum, Chirurgus ſtatim, paratis priùs neceſſarijs, oſſis fracti partes in naturalem formam adminiculo ſuorum adjutorum reducat.

2. Deinde ſtupas imbutas ovi albumine &pulv.rubro applicet in longum & latum, ut os naturalem & debitum locum teneat.

3. Faſcia linea ſ. a. circumligetur & aſſulę.

4. Membrum, ſive ſit manus, ſive pes, in ſitu ſuo convenienti contineatur.

5. Faſcię, ſi nullus adſit dolor, ante quartum, vel quintum diem non ſolvantur.

6. Accidentia quędam ob ligaturam arctiorem, vel ſanguinem concretum &c. ſi ſuperveniant, faſcias Chirurgus reſolvat, & medicamentis corrigat idoneis, deinde ligatura iterum debito modo fiat.

7. Os luxatum eodem die, ſive ſit per brachium, vel maxillam, reponi debet, antequam dolor, vel inflammatio accedat.

8. Luxatio in arthritide difficulter curatur, quia ligamenta ſunt laxa; vel quando cavitas tophaceâ materiâ repletur, omninò incurabilis.

9. Dolore aut phlegmone ſubortâ, repoſitio differenda, donec ille quieverit;

rit; hęc verò ceſſaverit: Interea ſi plethora adfuerit, vena ſecanda, & bona diçta non negligenda, & affluxus humorum (quem dolor & phlegmone indicabunt) in partem affectam prohibendus.

10. Os ſuo loco reductum & debitè collocatum ſtypticis ſiccis corroborandum, ligatura non fortis & ferulę adhibendę, nec ante ſeptimum diem, (niſi ſymptoma ſuperveniat,) faſcię ſolvendę.

11. Si omnia benè ſeſe habeant, oxycroceum corroborationis gratiâ imponi poteſt.

12. Si luxatio cum fracturâ, & quidem ſine ulcere acciderit, illi primò, ſi fieri poterit; deinde huic ſuccurrendum.

DEO SIT LAUS, HONOR ET GLORIA, AMEN.

LECTOR ELECTE,

MAntiſſæ vicem tibi habe, nonnullas in Heptade librorum aphoriſmorum Hippocraticorum ſententias, non præter rationem prætermiſſas; quòd partim tautologiam declinarem; partim Morborum & Symptomatum ſolùm, quorum in illis mentio fit, rationem habendam potiſſimùm judicarem: ne rerum totius artis fermè in hiſce medicis axiomatibus & Regulis adumbratarum, quarum paſſim apud autores extant dilucidationes, meas facere viderer, & alienâ, quod ajunt, arare vitulâ.

Norunt enim, qui Medicæ Rei adita norunt, Medicinam artem eſſe; duo ejuſdem inveniendæ inſtrumenta κρίσιν καὶ πεῖραν; *duas item Medicorum ſectas,* δογματικὴν καὶ ἐμπειρικήν; *quatuor Qualitates primas; Temperamenta pro qualitatum Craſei variantia, Temporum anni variationes; Ætatum viciſſitudines & diffe-*

differentias: partium corporis humani idioſyncraſias, illarum tam ſimilarium, quàm organicarum ſymmetrias, Humorum genera, Facultates animales, vitales, naturales, motivas attractrices, expultrices, nutrices, auctrices, generatrices, Res non naturales; Aëris & Cæli κατάστασιν, ſiderum ortum, ventorum flamina, motum & quietem nunc exſuperantem, nunc deficientem; Exercitium, laborem, laſſitudinem, victus genera, ſomnum, vigilias; excretiones, retentiones, & animi pathemata.

Norunt, Res præter Naturam, Medicorum quas filij ſic vocant; Morbos videlicet, illorum Cauſſas & Symptomata. Illos, vel Eſſentiales, eoſque aut ſimilares, Organicos, aut Communes: vel Accidentales, ratione Numeri, Generationis, Loci, Temporis, Moris, Magnitudinis, Cauſſarum. Iſtas, (quatenus Scholam Medicam concernunt, ne in Theologorum meſſem falcem immittam) nunc Inſitas; Naturales & præter Naturam: nunc Adventitias, Externas & Internas, & has modò ratione Quantitatis, modò Qualitatis. Hæc pro functionum animalium, Vitalium, naturalium differentiâ & offenſâ;

diſcrepantiâ ſenſuum quinque externorum, Excretorum ſubſtantiâ, qualitate, quantitate & cauſsâ.

Norunt ſigna alia eſſe Diagnoſtica, queis ſedes affecta, Morbus & Cauſſa pateſcunt: alia Prognoſtica, & ea, aut ægritudinis præſentis, aut Venturæ. Ibi Coctionis & Cruditatis ſunt notæ; Salutis & Mortis γνωρίσματα, à Corporum conſtitutione, functionum humanarum adminiſtratione, morbi robore, excrementorum genere, habitu corporis, Iuvantibus, Lædentibus deſumta: Et decretoria ſigna; eaque aut antecedentia, quæ vel Criſeos prænunciant tempus, vel ejusdem innuunt ſpeciem; aut Comitantia, aut Conſequentia. Hîc quomodo Morbus morbo, Morbus Symptomati, Symptoma Morbo, Symptoma Symptomati ſuccedat.

Norunt præcepta eſſe Therapevtica, quæ agendi ſcopos, An? Quid? Quantum? Quomodo? Quando? & Ubi? agendum aliquid, aperiant; & Indicationes præbeant à Morbo, ejus Eſſentiâ, Cauſsâ, Materiâ urgente, Scopo infeſtantium & urgentium, Morbi tempore,

re, Materiâ fluente, Particularibus acceſsionibus, Materiâ fluxâ, Humorum quantitate & qualitate, materiâ coctâ, viribus, Temperamento, Naturâ, proprietate & Idioſyncraſiâ ægri, Ætate, Aëris Conſtitutione, Regione, Conſuetudine, & Quatuor anni temporum temperaturâ: tum Remediorum exhibeant genera; & nunc Alterandi, nunc Evacuandi, modò Revellendi, Repellendi modò, Derivandi, Transferendi & Removendi ſcopos inferant. Diateticas ſciunt Leges eſſe, quæ victus & qualitatem & quantitatem & indicent, & indicant; quibus ſi auſint refragari ægri, mulctantur amiſſione vitæ, quæ pediſſequam Analepticam habent, quæ vires convaleſcentium feliciter & velociter reſtituit, de quibus omnibus DIVINI SENIS noſtri ſtant & extant hypotheſes per ſectionum Heptadem fuſæ & diffuſæ; & conſtant Ratione & Experientiâ, gemino totius Medicinæ fulcro fultæ, & per omnem ætatem cultæ; quibus Laconiſmus, quem meum & meorum eſſe volui, nullo modo ſuffecerit. Indè, eam ſolùm Medicinæ partem ex fragrantiſſi-

mis Aphoriſmorum floſculis delibare libuit, quæ Morborum & Symptomatum adferret rationem & Curationem.

CAPE HOS, LECTOR ELECTE, HAVE ET FAVE!

APHO-

APHORISMORUM HIPPOCRATICORUM IN HOC OPERE EXPLANATORUM

INDEX.

Sectionis Primæ

Aphoriſmus.	*Pag.*
1	1
2	287
11	60
12	61
14	29
15	288
16	119
19	64
22	8

Sectionis Secundæ

Aphoriſmus.	*Pag.*
2	165
11	289
14	319
15	230
19	31
23	32
25	14
26	94
28	42

Sectionis Secundæ

Aphoriſmus.	*Pag.*
36	272
40	271
41	273
42	148
43	231
45	170

Sectionis Tertiæ

Aphoriſmus.	*Pag.*
2	34
5	123
7	32
9	33
12	139
13	124
14	35
16	43
17	125
18	171
20	153
21	9

Apho

Digitized by Google

Aphorismus.	*Pag.*
22	15
23	23
24	206
25	177
26	232
27	44
28	426
29	38
30	25
31	141

Sectionis Quartæ

Aphorismus.	*Pag.*
1	428
4	303
6	304
7	304
8	265
9	155
11	341
12	305
13	306
16	178
17	307
18	308
19	289
20	341
21	97
22	308
23	39
24	320
25	245
26	321
27	99
28	207
29	91
30	64
31	100
33	117
34	101
35	101
36	45
37	35
43	10
44	46
45	46
46	52
47	52
48	53
49	54
50	55
51	47
52	102
53	48
54	26
55	103
56	56
57	94
58	26
59	11
60	103
61	104
62	105

Apho-

Aphorismus.	Pag.
63	21
64	105
65	106
66	36
67	95
68	96
69	107
70	108
72	109
73	109
74	212
75	400
76	400
77	410
78	401
79	411
81	412
82	468

Sectionis Quintæ

Aphorismus.	Pag.
1	179
2	180
3	180
4	180
5	96
6	181
7	173
8	249
9	265
10	233
11	266
12	267
13	246
14	267
15	250
17	92
18	127
20	92
21	182
22	128
23	468
24	142
25	183
27	290
28	130
30	429
31	430
32	309
33	213
34	321
35	220
36	431
37	280
38	281
39	282
40	282
41	431
42	432
43	433

Apho

Aphorismus.	*Pag.*
44	433
45	434
46	435
47	436
48	436
49	213
50	483
51	437
52	285
53	284
54	438
55	110
56	183
57	438
58	314
59	214
60	439
61	440
62	418
63	419
64	48
65	184
66	470
67	470
68	131
70	17
72	374

Sectionis Sextæ

Aphorismus.	*Pag.*
1	291
2	215
3	120
4	521
5	251
6	342
7	291
8	364
9	483
10	132
11	156
12	268
13	221
14	322
15	309
16	251
17	191
18	274
19	420
21	156
23	157
25	474
27	259
28	453
29	441
30	453
31	191
32	223
33	252
35	242
37	234
38	479
39	185

Apho-

Digitized by Google

Aphorismus.	*Pag.*
40	111
41	260
42	355
43	322
44	323
45	112
46	238
48	323
49	454
50	113
51	113
52	192
53	165
54	37
55	455
56	149
57	148
59	459
60	456

Sectionis Septimæ

Aphorismus.	*Pag.*
1	37
2	253
3	193
5	158
7	166
8	275
9	167
10	168
12	162

Aphorismus.	*Pag.*
13	186
14	132
15	247
16	269
17	315
18	168
19	475
20	260
21	522
22	261
23	324
25	186
26	343
27	324
29	325
	365
30	142
31	50
32	114
33	412
34	402
35	402
36	403
37	115
38	143
39	343
40	158
41	316
42	116
44	261

Apho

Aphoriſmus.	*Pag.*	*Aphoriſmus.*	*Pag.*
45	355	55	365
47	243	58	148
48	413	65	121
49	235	75	325
50	476	76	325
51	221	78	144
52	116	82	17
54	292		

MOR-

Digitized by Google

MORBORUM ET SYMPTOMATUM EORUMQUE CURAtionum Elenchus ſecundum ordinem Alphabeti digeſtus.

A.

Abſceſſus Epatis. 361
Abſceſſus Gulæ. 294
Abſceſſus Ventriculi. 298
Abſceſſus Vteri. 449
Achores. 466
Ægilops. 203
Affectus Ani. 350
Affectus Articulorum. 453
Affectus Capillorum. 464
Affectus Cordis. 272
Affectus Dentium. 225
Affectus Epatis. 361
Affectus Gulæ. 294
Affectus Gutturis. 230. *usque* 237
Affectio Hypochondriaca. 377
Affectus labiorum & gingivarum. 228
Affectus Lienis. 395
Affectus Mammarum. 280
Affectus Narium. 211. *usque* 220
Affectus Nervorum. 177

Affectus Oculorum. 191. usque 206
Affectus oris & linguæ. 223
Affectus pudendorum. 418
Affectus Renum. 400
Affectus Ventriculi. 287. usque 303
Affectus Veſicæ. 410
Affectus Vteri. 426
Albugo. 199
Alopecia. 464
Alvi profluvium. 319
Amavroſis oculi. 204
Ambuſta. 514
Anaſarca. 371
Angina. 235
Anglicus ſudor. 89
Anhelitus. 238
Ani Condylomata. 351
Animi deliquium. 273
Ani fiſſuræ. 350
Ani fiſtula. 352
Animalium morſus. 517
Anorexia. 298
Appetentia Canina. 299
Apoplexia. 148. usque 154
Ardens febris. 25. usque 41
Ardor Ventriculi. 318
Area. 464

Arteriarum vulnera. 498
Arthritidis præſervatio. 457
Curatio. 460
Aſcites. 367
Aſperæ arteriæ vulnera. 495
Aſthma. 239
Atrophia oculi. 205
Aurium Affectus. 206. *usque* 211
Dolor. 208
Tinnitus. 210
Vermes. 210
Vulnera. 294

B.

Balbuties. 223
Batrachus linguæ. 224
Blatterfell. 198
Bubones. 481
Bulimos. 299

C.

Cachexia. 365
Calculus Renum. 404
Calculus Veſicæ. 415
Calvitium. 464
Cancer. 479
Cancer labiorum. 229
Cancer Narium. 219
Cancer Oculi. 200

Canis rabidi morſus. 519

Canina appetentia. 299

Canicies. 466

Capitis dolor. 123. uſq. 136

Capillorum profluvium. 464

Capitis Vulnera. 491

Capitis fractura. 491

Caries oſſium. 526

Caruncula in meatu urinario. 415

Catarrhus. 139. 145

Cataracta oculi. 202

Cavſo. 25. 29. 40

Chemoſis. 195

Cholera. 313

Colica. 341. uſq. 349

Comitialis morbus. 170. uſq. 176

Condylomata. 350

Continua Febris. 51. uſq. 57

Continua Tertiana. 25. 29

Convulſiones. 177. uſq. 189

Convulſiones Febrium. 94. uſq. 97

Cordis affectus. 272. uſq. 280

Cordis palpitatio. 277

Cordis Vulnera. 496

Cynanche. 235

D.

Deglutitio læſa. 295

Den-

Dentium affectus. 226
Dentium dolor. 226
Deſipientia. 165.169
Diabetes. 409
Diaphragmatis Vulnera. 496
Diarrhœa. 319.330
Dolor Capitis. 123. uſq. 137
Dyſenteria. 319.330
Dyſuria. 417

E.

Elephantiaſis. 484
Empyema. 259.uſq. 265
Emmota quid? 436
Encanthis. 204
Epatis affectus. 355
Epatis abſceſſus. 361
Epatis Inflatio. 359
Epatis Intemperies. 357
Epaticus Fluxus. 335
Epatis Obſtructio. 358
Epatis Phlegmone. 359
Epatis Scyrrhus. 363
Epatis Vulnera. 497
Ephemera ſimplex & plurium dierum. 4.uſq. 8.
Epilepſia. 171.uſque 172
Eryſipelas. 474
Exitus Oculi. 205

F.

Favus. 467
Febris Acuta. 29.40.41
Febris Continua. 51.usque 60
Febrium Convulſiones. 54
Febris Ephemera ſimplex. 4
Febris Hectica. 66
Febris Intermittens. 60. usque 66
Febris Longa. 42 usque 52
Febris Maculoſa. 88
Febris Petechialis. 88
Febris Quartana. 14 usque 22
Febris Quotidiana. 21.usque 25
Febrium Rigor. 91
Febrium Sudor. 90
Febrium Symptomata. 97.usque 120
Febris Syncopalis. 24
Febris Synocha ſine putredine. 4. usque 8
Febris Tertiana. 8.usque 13
Febris tertiana continua. 25.28
Febris Tertiana Continua notha. 59
Febricitantium victus. 119
Fiſſuræ Ani. 350
Fiſſuræ labiorum. 228
Fiſtula. 530
Fiſtula Ani. 352
Fluxus Epaticus. 335
Fluxus ſangvinis Gingivarum. 229.

Fluor uterinus. 445
Fractura. 531

G.

Gangræna. 476
Gingivarum affectus. 228
Gingivarum Apoſtema. 229
Gingivarum Cancer. 229
Gingivarum Caro diminuta, ſive tabes. 230
Gingivarum fluxus ſanguinis. 229
Gingivarum inflammatio. 229
Gonorrhœa. 425
Gulæ abſceſſus. 294
Gulæ affectus. 294
Gutturis affectus. 228
Gutta Serena. 208

H.

Hæmorrhagia narium. 216
Hæmorrhoides. 353
Hæmorrhoidum dolor. 353
Hæmorrhoidum fluxus. 354
Halitus fœtens. 225
Hectica Febris. 66. usque 69
Hernia. 224
Herpes. 482.485
Hiſtoria ulceris teſtium curati. 421
Hydrops. 365
Hypochondriaca affectio. 377
Hyſterica paſſio. 448.

I.

Icteritia. 374
Icteritia nigra. 399
Ictus Scorpionis. 519
Iliaca Paſſio. 348
Impragnatio. 451
Inflammatio Epatis. 359
Inflammatio Penis. 424
Inflammatio Ventriculi. 297
Inflatio Penis. 423
Inflatio Ventriculi. 300
Intemperies Epatis. 357
Intemperies Renum. 403
Intemperies teſtium. 421
Intemperies Ventriculi. 296
Intermittens Febris. 60. usque 65
Iſchias. 460

L.

Labiorum affectus. 228
Labiorum Fiſſura. 228
Lethargus. 137. usque 140
Lienis & Affectus. 395
Lienis Apoſtemata. 399
Lienis Inflatio. 397
Lienis Obſtructio. 397
Lienis Scyrrhus. 397
Lienis Vulnera. 497

Lienteria. 319. 327
Lumbrici. 337
Luxatio oſſium. 532

M.

Maculoſa Febris. 88
Malacia. 300
Maligna Febris. 88
Mammarum affectus. 280. usq. 287
Mammarum Cancer. 286
Melancholia. 153. usq. 161
Meliceris. 467
Menſtrua alba. 445
Menſium fluxus immodicus. 444
Menſium Suppreſſio. 442
Mictus Sangvinis. 417
Mola. 452
Morbilli. 80. usque 84
Morbus comitialis. 170. usque 176
Morbus Vngaricus. 84
Morſus Animalium. 517
Morſus Canis Rabidi. 519
Mydriaſis. 201
Myoſis. 202

N.

Nagelfell der Augen. 198
Narium affectus. 211. usq. 215
Narium Cancer. 219

Narium Fluxus. 216
Narium Polypus. 219
Narium Vlcera. 218
Naſi vulnera. 494
Naſi Vlcera. 530
Nauſea. 312
Nephriticus dolor. 407
Nervorum Affectus. 177
Nervorum vulnera. 499
Nervorum punctura. 513
Nodoſa Podagra. 462

O.

Obſtructio Epatis. 358
Oculorum Affectus. 191. uſq. 206
Oculi Atrophia. 205
Oculi Cancer. 200
Oculi Exitus. 205
Oculi Obfuſcatio. 204
Oculi pruritus. 205
Oculi Sugillatio. 204
Oculi Vngvis. 198
Oculi Vulnera. 494
Omenti Vulnera. 496
Ophiaſis. 464
Oſſium Caries. 526
Oſſium fracturæ. 531
Oſſium Luxatio. 532
Ozæna. 218.

P.

Palpitatio Cordis. 277
Panniculus Aquoſus. 198
Panniculus Carnoſus. 199
Paralyſis. 152
Paracynanche. 235
Parotides. 209
Peripnevmonia. 257
Peſtis. 69. usq; 80
Petechialis Febris. 88
Phlegmone Epatis. 359
Phlycteriæ. 200
Phthiſis. 265. usq. 272
Phrenitis. 162
Pica. 300
Plevritis. 249. usq. 257
Podagra nodoſa. 462
Polypus Narium. 219
Priapiſmus. 426
Pruritus Oculi. 205
Pſorophthalmia. 197
Pterygion. 198
Pudendorum affectus. 418
Pudendorum Vulnera. 498
Pulmonum Vulnera. 495
Pulverleſchung. 502
Punctura Nervorum. 513

Pupil

Pupillæ anguſtia. 202
Pupillæ dilatatio. 201
Puſtula. 482
Puſtulæ corneæ & adnatæ tunicæ. 200

Q.

Quartana Continua. 21
Quartana Febris. 14. usq. 21
Quotidiana Febris. 21. usq. 25

R.

Ranula ſub linguâ. 224
Renum affectus. 400
Renum Calculus. 404
Renum Intemperies. 403
Renum Vlcera. 406
Rhagades Ani. 350
Rigor Febrium. 91
Ructus Ventriculi. 302

S.

Sanguinis mictus. 417
Sanguinis Sputum. 245. usq. 249
Scabies. 483
Sclerophthalmia. 197
Sclopetorum Vulnera. 500
Scorpionis ictus. 519
Schutzſälblein. 505
Scyrrhus Epatis. 363
Singultus. 314. 317
Sitis nimia. 300.

Sod. 311
Sphacelus. 476
Splenis affectus. 395
Staar der Augen. 202.205
Sterilitas. 451
Sternutatio. 220
Stranguria. 416
Struma. 478
Stupor. 190
Sudor Anglicus. 89
Sudor Febrium. 90
Suffocatio Uteri. 449
Suffuſio oculi. 202
Sugillatio Oculi. 204
Surditas. 211
Symptomata Febrium. 97. usq; 119
Syncope. 279
Syncopalis Febris. 24
Synochus imputris. 4
Synochus putris. 51. usq; 58

T.

Taraxis. 195
Tenesmus. 319.332
Tertiana febris. 8. usque 15
Tertiana Continua notha. 59
Teſtium Intemperies. 421
Teſtium Vlcera. 421
Tinnitus aurium. 210.

Tormina. 340. *usq.* 349
Tubercula. 468
Tumores. 468. 472
Tumor aqueus & flatulentus. 472
Tuſſis. 242
Tympanitis. 370

V.

Variolæ. 80
Ventriculi ardor. 318
Ventriculi Abſceſſus. 298
Ventriculi Affectus. 287
Ventriculi Debilitas. 299. 302
Ventris Dolor. 340. *usq.* 349
Ventriculi Inflammatio. 297
Ventriculi Inflatio. 300
Ventriculi Intemperies. 296
Ventriculi ructus. 302
Ventriculi ulcera maligna. 298
Vermes. 337
Vermes Aurium. 210
Veſicæ affectus. 410
Veſicæ Apoſtema. 415
Veſicæ Calculus. 415
Veſicæ Vulnera. 498
Victus Febricitantium. 119
Vitiligo. 484
Vlcera. 521

Vlce-

Vlcera Naris. 530
Vlcera Penis. 424
Vlcera Renum. 406
Vlcera Tunicæ corneæ & admotæ. 200
Vngaricus Morbus. 84
Vngvis oculi. 198
Vomitus. 303. *usq.* 314
Vomitus Cruentus. 312
Vrinæ Suppreſſio. 416
Vteri Abſceſſus. 449
Vteri affectus. 426
Vteri ſuffocatio. 449
Vteri ulcera. 450
Vteri vulnera. 498
Vulnera. 487
Vulnera animalium. 517
Vulnera Arteriarum. 498
Vulnera Aſperæ arteriæ. 495
Vulnera aurium. 494
Vulnera Capitis. 491
Vulnera Cordis. 496
Vulnera Diaphragmatis. 496
Vulnera Epatis. 497
Vulnera Lienis. 497
Vulnus Muſculi frontis. 493
Vulnus Muſculi temporalis. 493
Vulnera Naſi. 494

Vul

Vulnera Nervorum. 499
Vulnera Oculorum. 200. 494
Vulnera *Omenti.* 496
Vulnera Pudendorum. 498
Vulnera pulmonum. 495
Vulnera Sclopetorum. 500
Vulnera Ventriculi. 496
Vulnera Veſicæ. 498
Vulnera Vteri. 498
Vveæ Procidentia. 201
Vveæ Dilatatio. 201

W.

Waſſerfell. 198
Xerophthalmia. 197
Ὑπόχυμα. 202

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Conſignatio eorum, quæ Lectori emendanda ſunt.

CUm ob innumera penè menda, quib. manuſcriptũ Exẽplar ſcatebat, non omnia ſphalmata in excudendo evitari potuerint, benevolus Lector, eadem emendaturus, pag. 3. lin. ult. legat cõtingit. p. 5. l. 9. pro eſt, leg. fit. p. 7. l. 22. pro Senn. Fen. tert. l. pen. 1. Gal. Meth. med. p. 10. l. 1. pro eum, cum, l. 7. pro ita. item. p. 17. pro aphor. 87. 82. p. 31. l. 9. pro tempor. tẽperam. p. 48. l. 25. pro Aphor. 65. 64. p. 78. l. 2. pro dirigentia, detergentia. l. 11. pro bubo, bufo. p. 82. ſ. 12. oculorum, adde & p. 117. l. 10. pro 7. Aph. 62. iv. Aph. 31. p. 144. l. 7. pro aph. 74. 78. p. 145. l. ult. pro Iodriæ, Laudinæ. p. 270. l. 1. pro refuſiones, infuſiones. l. 7. pro ſanies, ſaniei. p. 286. l. 3. pro caſſatione, calcatione. p. 300. l. 6. pro inflãmatione, inflatione. p. 301. l. 16. pro ingurgitãt, ingurgitent. l. 24. pro ſedant, ſedat. p. 305. l. 23. pro cõpacti, impacti. p. 312. l. 18. pro cramoſus, grumoſus. p. 319. l. 16. pro poſſ. paſſul. p. 340. l. 10. pro unctioſis, unctuoſis. p. 418. l. 12. pro apertiva, aperitiva. p. 466. l. 5. pro logius, longius. p. 522. l. 17. pro 22. 21. p. 528. l. 19. pro pingv. vit. 3 ß. leg. lib. ß.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Google